


CRITICO - HISTORICA
ASTRONOMICO - CHRONOLOGICA
DISSERTATIO
DE VERA TEMPORIS RATIONE
AC
DE EPOCÆ CHRISTIANÆ

CUM MUNDI ANNIS, ET REALIS TEMPORIS EXTENSIONE
CERTA, VERAQUE RELATIONE

A STRANGOLAGALLI ARCHIPRAESBYTERO
EUSTACHIO OLIVIERI
DE BOVILLIS NOBILI OLIM IN HERNICIS OPPIDO

NOVA METHODO, ACCURATO STUDIO
SIMPLICISSIMA DEMONSTRANDI ARTE
ELUCUBRATA.

Floriferis ut Apes in saltibus omnia libant.
Lucretius.

ROMÆ
EXCUDIT BERNARDINUS OLIVIERI
ANNO A CIRCUMCISIONE 1827. AB ORBE CONDITO 5838.
Superioribus annuentibus.

CRITICO - HISTORICA
CHRONOLOGICO - ASTRONOMICA
DISSERTATIO
DE REALI TEMPORIS EXTENSIONE

PARS PRIMA

In qua ostenditur, die Martii vigesima quinta Mundum Salvatoris morte fuisse reparatum.

I. Inter humanae vitae, praesidia pariter, ac solatia potissimum excedit ratio parundae veritatis, ad quam mutuo ita certamine contendunt Ars, & Natura, ut nisi in erroris, ignorationisque tenebris latitare velimus; innato quodam, inditoque aestro, *sive* dubitatione quadam angimur dum aliquid percipimus. Quod ita sit rationalium quisque experitur, nobisque accidit, dum in eo haesitavimus, quod non a vulgaribus solum, verum a doctis, elegantibusque asseritur viris, nihil de Passionis Dominicae die ratum, nullumque monumentum nobis donatum, quo procul omni erroris suspicione dies investigari possit, queatque inveniri, in quo secundum nostrum abs Romanis mutuatum tempora computandi usum, Salvator noster coaeternus Dei Patris Filius, humana assumpta carne, mortem moriendo destruxit, mundumque renovavit ad gratiam.

II. Haesitavimus quidem, ast haesitando perdiscimus, tot nobis fuisse per Evangelicam historiam monumenta donata, quot sunt opus, ut Chronologia, & Astronomia opitulantibus rescire possimus, quae in Romanorum Epocha fuisset dies, & quo in Kalendario Romano appellaretur nomine, quando Sol suam obduxit lucem, illius ob mortem, qui seculi tenebras dissipavit.

III. Audax ne assertio? Iis, quae sumus expositari, quaeque certissima sunt argumenta ab omni purgabitur labe, & quod fuit olim in dubium revocatum, ratum

deinceps, certumque fore confido. Asseverant Apostoli, & sacri Evangelii Historiographi veraces, testantur, Christum Jesum mortem oppetiisse sollemni Azimorum die, eaque in Feria, quae apud Hebraeos *Parasceve* audiebat Sabbati. Divina vero Moyses historia commonefactos nos reddit, Judaeos Pascha & Azima celebrasse, ut Deus ipse fieri instituerat, ad Vesperam decimae quartae, & Sollemnitatem die decima quinta primi mensis. Duo haec nobis sufficiunt, ut evincamus, eo anno, quo Salvator noster pro redemptione mori dignatus est, Judaeos Azimorum Sollemnitatem celebrasse eadem Feria, quae Romanis erat vigesima Martii quinta; quoniam easdem temporis contingentias ea in die inspexere Quirites, quae Hebraeis Sollemnitatem constituebant Azimorum.

IV. Quoniam vero totius hujus nostrae elucubrationis scopus in eo consistit, ut demonstremus, eo in anno, ubi verus Dei Agnus, qui tollit peccata mundi, nos a Doemonis liberavit potestate, octavo Kalendas Aprilis quintam lunae decimam incidisse, quae Judaeis Sollemnitatem dabat Azimorum, ideo dabo operam, ut dilucidus evadat ordo. Ea itaque propter nulla in dicendo lacinia, non fucata verba, vel exquisita, nulla ornate dicendi ars. Quae enim disceptanda suscepimus, multis indigent calculis, & rara cum numeris elegantia, neque in bene tornatis periodis rerum evidentia consistit. Propria & accedit consuetudo, & habitus, quo malo, quam loquax, esse veracem.

V. Non levis momenti quaestio est, ideo liceat mihi quaeso in re gravissima viam sternere, & semitam monstrare, per quam tendo. Quisque scit, nemo ignorat, Romanorum annos longe abs Judaicis discrepasse. Cuique notum est, utrosque in temporis civilibus supputationibus diversa fuisse methodo usos (A). Suscepto ita-

(A) Civiles anni apud gentes diversimode computabantur, & quasi variante lingua, anni varii erant. Romanorum anni abs Urbis constructione numerati triplicem sortiti fuerant formam. Romulus menses decem *quoquo* attribuit anno, quare nimia temporis perturbatio, quia civiles menses nullam cum Solis cursu relationem habebant. Numa errorem emendare sategit, & menses per duodecim Lunationes moderatos voluit. Error fuit diminutus non destructus, hembolemici mensis ignorata necessitate. Tandem Julius Dictator Sosigeri Aegiptii optimi matheseos professoris opera adjutus annum Solari Tropico pene congruentem instituit. Hoc

que oneri satisfactum putamus, si ex Solis, Lunaeque motu instructis calculis irrefragabili demonstratione ostendamus eo anno, in quo Jesus Dominus morsus fuit mortis, die Martii vigesima quinta occurrisse Lunae decimam quintam, quae Hebraeis propter patrium morem, & Divinam ob Institutionem, Azimorum dabat Sollemnitatem. Sed quo fieri poterit, nisi strata via praemonstremus, quo aetatis suae secundum carnem anno Servator Jesus in cruce suffixus se Deo Patri cruentum obtulerit sacrificium, ut humanum redimeret genus? Quae, & quanta prius sunt discutienda, ut una derivetur veritas!

VI. Et re quidem vera, verum ut fateamur, primis etiam oevis non modica fuit quaestio oborta de Christi morientis aetate. S. Irenaeus nisus in illo: *Quinquaginta non dum habes annos, & Abraham vidisti?* (1) Jesum paullo minus quinquaginta annis vixisse asserere non dubitavit (2) Tertullianus (3), Clemens Alexandrinus (4), Lactantius (5), Julius Aphricanus (6) putant, Christum Jesum trigesimo aetatis suae anno, & Tiberii Caesaris imperii anno decimo quinto cruci fuisse affixum.

VII. Sed parcite Patres, vestra enim dicam pace, opinionibus istis mihi assentiri non lubet, eas enim historiarum consensui minime consonas invenio. Nonne eodem, quo anno, ut describeretur Orbis, Luca testimonium perhibente (7), exiit edictum, a pacis Angelis in Beth-lehem Judae ad coeleste invitati melos pastores fuere, & ad laetitiam illam ob noctem, supra qua scriptum jamdudum erat: *Et nox sicut dies illuminabitur* (8)? Nonne Salvatoris nativitas, gaudio replevit Orbem, quum Joseph vir Mariae cum Virgine sibi despon-

(1) *Ev. Joan. c.* 8. *v.* 57.
(2) *L.* 2. *adv. Haeres. c.* 39. *&* 40.
(3) *Lib. adv. Judaeos.*
(4) *Strum.* 1.
(5) *Lib.* 4. *c.* 10.
(6) *Lib.* 5. *annal.*
(7) *Luc. in Ev. cap.* 6. *v.* 6.
(8) *Psal.* 138. *v.* 11.

nos haereditario more utimur. Nostra itaque industria erit, ut inquiramus, an lunae decima quinta, quae Judaeis decimam quintam constituebat Mensis Nisan, & diem Sollemnem Azimorum in Kalendario Romano acciderit die Martii 25. Hoc facto, erit demonstratum, ea die Salvatoris mortem accidisse.

sata ad profitendum ascenbebat Nazareth, ut Augusti obtemperaret Legi (9)?

XIII. Anno vero imperii Augusti Caesaris quadragesimo secundo descriptum Orbem fuisse, idonei sunt testes Eusebius (10), Nicephorus (11), origines (12), Beda (13), & Epiphanius (14), a quibus aliisque multis, Caeserem Octavianum Augustum quinquaginta septem annos, & menses sex regnasse eruitur. Quae si vera sunt, ut certa esse reor, jure concludendum: Deum Regem regum in carne viventem annum nnmerasse aetatis suae decimum quintum, dum Octavianus morte occubuit. Illo namque moriente Christi aetas, quod Orbis inter descriptionem, & Imperatoris mortem intercesserat, tempori erat aequalis. Quoniam vero ex jam jam allegatis testibus novimus, per annos quindecim post Orbis descriptionem Augustum Romanae Reipublicae moderatorem fuisse ad obitus sui usque diem, per se patet, Christum Jesum, illo vitae functo, decimum quintum mortalis vitae suae annum attetigisse (B).

IX. Vidit vero Jesus coelos apertos, & Dei Spiritum super se venientem anno decimo quinto imperii Tiberii Caesaris Jordanis ablutus unda (15). Immediate post Augustum Caesar hic rexit imperium. Quis ergo mihi Jesum aetatis suae trigesimo fuisse baptizatum, negare autumabit? Equidem a Dei-Hominis nativitate ad ejusdem

(9(*L. in Ev. c. 2. v. 1. ad* 6.
(10) *Hist. Eccl. L. 1. c. 2. & 12.*
(11) *Lib. 1. c. 19.*
(12) *Lib. 2. in Job.*
(13) *Lib. de Mat. rerum.*
(14) *In Heres.* 51. *cap.* 47.
(15) *Luc. Ev. c.* 3. *v.* 1. *ad* 23.

(B) Patrum hacc testimonia non propter eos ibunt inficias, qui Augusti Caesaris imperii secundo anno, fuisse Orbis descriptionem factam dicunt. Nostrates enim a trirumviratu, & consulatu eum Lepido, & Marcantonio post Julii Dictatoris mortem epocham sumpsere. Alteri, qui secundam tuentur Sapientiam, imperium illius incohasse credunt ex quo civili Pompejano peracto bello, abs Senatu Augusti nomine fuit salutatus. Dicatur, Joseph cum Maria ascendisse Beth-lehem Augusti edicto obtemperandi gratia istius imperii anno secundo; Dicatur Orbis descriptionem factam fuisse anno quadragesimo secundo, hoc unum semper erit certum ab Orbis descriptione ad suam usque mortem Augustum quindecim regnasse annos. Quare quoquo computentur modo semper consequitur, quod in Augusti morte anno decimoquinto post Orbis descriptionem eventa, Deus-Homo numeravit aetatis suae annos quindecim.

baptisma tot numerabantur anni, quot in unum collecti ab Augusti Orbis descriptione ... ejusdem mortem, ac ab illius obitu ad decimum quintum imperii Tiberii Caesaris effluxere. His evictis, nonne decimus quintus imperii Tiberii Caesaris fuerat trigesimum aetatis Christi? Res non indeget calculis.

X. Sed cur ex imperialibus epocis, & imperantium annis consilium coepimus, ut servatoris investigaremur aetatem? Non egemus argumentis, neque profanis prodest inniti historiis, quando loquuntur Evangelia. Profecto tam asseveranter Lucas testatur, ut nihil aliud desiderari queat. *Et Jesu baptizato & orante apertum est coelum ... Et ipse Jesus erat quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph* (16); ejusdem sunt verba in relatione S. Coerimoniae a Baptista Joanne servatae. Pessum ergo ire non poterit, Jesum suae trigesimo aetatis anno baptisma suscepisse.

XI. Inquirite potius, quamdiu passionem usque post baptismum fuerit ipse commoratus in terris, ut inde novisse possitis, quae fuerit Christi morientis aetas. Ea igitur propter animadvertote, ex Evangelica coliigi historia, quater cum Discipulis suis, baptismate suscepto, legale comedisse Pascha. Primum statim post nuptias in Cana Galilaeae factas, in qua, Joanne referente, ementes, & vendentes ejecit e templo (17). Secundum ubi sanavit Paraliticum (18) (C). Tertium innuitur ab eodem Joanne: ibi „ *Erat autem proximum Pascha &c.* cum scilicet pisces duos, & hordeaceos panes quinque multiplicavit, & hominum satiavit quinque millia (19). Quartum tandem, in quo nobis salutiferae Crucis subivit tormentum, de quo idem Joannes, & tres alii Christi vi-

(16) *Luc. ibidem.*
(17) *Joan. Ev. c.* 2. *v.* 13. *ad* 23.
(18) *Idem. c.* 5. *v.* 1. *ad* 3.
(19) *Joan. c.* 7. *v.* 4. *ad* 14.

(C) Secundum Pascha a Joanne his verbis innuitur „ *Erat autem dies festus &c.* Omnis ergo ut e medio tollatur dubitandi locus, animadvertatur oportet, Paschatis Sollemnitatem per antonomasiam *Diem Festum* appellari consuevisse. Hoc non solum perdocet S. Irenaeus, verum ex ipsius Evangelii contestibus eruitur: Perlegite Matthaeum cap. 26. ibi „ *Non in die festo &c.* Cujus diei festi mentio est? De Azimorum sollemnitate illa, quae finem dedit umbris, pacem mundo, atque in qua Diabuli evanuit potestas.

tae buccinatores eximii (20). Itaque cum a Paschate ad Pascha solidus intercesserit annus, neminem credo negaturum, a prima post Baptismum Sollemnitate ad illam, in qua mundus fuerat vivificatus, ter tempestates fuisse renovatas, terque solem annuum complevisse cursum, & per tres tandem annos mortali carne indutum Jesum post baptisma visum se dedisse hominibus (20).

XII. Quibus expositis, jam satis demonstrasse arbitror Christi morientis annos. Ast quoniam optima disceptandi veritatem oeconomia est, non vero prolixitas, eas confirmare, ex quibus aliae derivantur, & quasi ex proprio dimanant fonte, ideo a me vos audire non pigeat iterum, Jesum divinam suam explevisse missionem, & sua mundum vivificasse Passione, dum ipse in humanis vergens annum agebat quartum supra trigesimum.

XIII. Perbreviter me expediam, si secundum Aquinatensis expositionem (22) supra illud Joanis: *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta* (23) argumentari datum erit, vel ubi per Danielem dixit Deus, gentes menses duo, & quadraginta sanctam calcaturas civitatem. (24) Ex his enim indubium est, Christi praedicationem, & prophetiam annos tres, cum mensibus sex perdurasse. Quo vero incoepit Sollemnis Redemptoris praedicatio? Post baptismum quidem, tunc enim audita vox de coelo fuit: *Hic est filius meus di lectus, in quo mihi beue complucui, ipsum audite* (25). Vox eum filium Dei manifestens (26). Vox de Coeli, & Terrae Regis divina missione testimonium perhibens; Vox proclamantis Dei: *Hic est Filius meus dilectus...... ipsum audite.* Quae vox facta fuit, ubi Joannes illum videns exclamavit, dicens: *Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi* (27).

XIV. Excurrite Actuum Apostolorum Historiam, & iterum audietis, Christum baptismate suscepto praedicare incoepisse. Perlegite Petri sermonem, quo proditoris locum alii conferendum, & nnum ex iis, qui in omni tem-

(20) *Idem c.* 18.
(21) *Matth. c.*23. *Marc.*18. *Luc.* 13.
(22) *D.Thom. in Expos. Ap. c.*11.
(23) *Apocal. c.* 11. *v.* 3.
(24) *Daniel. c.* 12. *v.* 11.
(25) *Petri Epist.* 2. *v.* 7.
(26) *Matth. c.* 23. *v.* 17.
(27) *Id. c.* 3. *v.* 19.

pore, quo intravit, & exivit inter eos Dominus, cum Apostoli congregati fuere, incipiens a baptismate Joannis usque ad horam, qua assumptus est ab eis, testem Resurrectionis fieri oportere exposuit (28). Hinc inter veteres perlegitur Canon „ Præsbiter ante triginta an„ norum ætatem non ordinetur, sed observetur usque „ ad præfinitum tempus. Dominus enim trigesimo an„ no ad fluvium veniens Jordanis baptizatus est, & „ postea prædicavit „ (29) (D).

XV. Nunc vos, vos ipsi edicite Sententiam. Vos decernite quoti vitæ ejus fuerint anni, dum se ipsum Deus - Homo immaculatum obtulit Sacrificium. Omnia pro quæstionis hujus decisione sunt comparata. Jam nostis trigesimo Aetatis anno Baptisma suscepisse, & a baptismate ad crucem annos tres, & menses sex intercessisse. Quid ergo judicium reticitis? Evax! Jam intel-

(28) *Act. Ap. c. 1. v. 16.* (29) *Cap. de Elect. § cum cunct. 51. Dist. 58.*

(D) Supposito, quod infra demonstrabimus, die Martii 25. Christum fuisse passum, eruetur, lotum a Baptista fuisse Octobris die 23 anni aetatis suae ab incarnatione trigesimi primi, & a nativitate trigesimi. A die enim mortis, quam nunc damus vigesimam Martii quintam, in qua etiam incarnationis mysterium fuisse patratum Ecclesia tenet, subtrahantur dies 1260, qui fuerunt Praedicationis Christi, quique a Baptismate ad Mortem intercessere, & ad datam Octobris diem Baptisma ministratum illius Auctori fuisse inspicietur. Equidem dati illi tres anni trigesimus quartus, trigesimus tertius, & trigesimus secundus ab Incarnatione, qui postremus fuit bisextilis simul sumpti summam constituunt equalem dierum numero 1096, nam 355 X 3 = 1095 + 1 = 1096. Desunt ergo dies 164, quia 1260 - 1096 = 164. Ast retrograde progrediendo a Martii die 25 + 28 Februarii + 31 Januarii + 31 Decembris + 30 Novembris dies habentur 145. Adhuc ergo alii dies 19. desiderantur, qui accipi debent a die 31 Octobris, descendendo usque ad 12 inclusive. Evidens ergo est, incipiendo a die 12 Octobris anni trigesimi primi ab Incarnatione ad trigesimum quartum dies numerari 1260. Evidens pariter est, Baptismatis diem fuisse 12 Octobris. In epocha tamen a Nativitate annus ille fuit trigesimus, quia Nativitas evenit post menses 9 ab Incarnatione. Merito itaque dixerat: „ Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur Filius Joseph „. Per tò enim *quasi* innuere voluisse arbitror, adhuc duo et sesquimensem desiderari, ut compleretur annus 30 a Nativitate.

Cur Baptismatis commemoratio fiat in Epiphania consulite Liturgicos, consulite Guilielmum Duranti in suo Ration. D. Officii P. 6. Rub. 15. de Epiph., ubi cum D. Augustino rationem exponit.

lexi vos Bedæ adstipulari, jam audio vos illius Sententiam recitantes „ Habet ni fallor Ecclesia fidem, Do-„ minum Jesum in carne vixisse paulo plus triginta „ tribus annis usque ad sua tempora passionis, quia „ videlicet triginta annorum fuit baptizatus, & tres „ annos, & amplius post baptisma prædicavit, sicuti „ Joannes in Apocalipsi sua perdocet, Daniel quoque „ in suis visionibus (30) (E).

XVI. Ex his, quæ demonstravimus hactenus, hoc unum nunc colligite ab Incarnationis momento, quando ab

(30) *De temp. Rat. c.* 45.

(E) Ad nostram confirmandam sententiam, si eorum vellem confutare opiniones, & redarguere, qui secus de Christi aetate sentiunt essem infinitus. Unus Natalis Alexander Tom. 3. pag. mihi 68. in sua non brevi, quam inscripserat „ *De tempore mortis Christi, ac de aetate, qua mortuus est*: protestatus hujuscemodi quaestionem neque a Scriptura, neque a traditione definiri posse, ac viginti tribus discrepantibus opinionibus allatis, sic suam exponit Sententiam „ Christus mortuus est „ anno Juliano 78 Aerae vulgaris 33 Coss. Severo Sulpitio, Galba, & L. „ Cornelio Sulla. Olympiadis 202 anno quarto. Imperii Tiberii anno 19. „ Hebdomadum Danielis 478 in medio hebdomadis 70, & ultimo aeta-„ tis suae 37 incohato „. Multa essent in ea objurganda, sed mittimus. Praeterire tamen nequimus, sibi ipsi contradixisse circa Christi morientis aetatem: Qui fieri enim potuit, ut trigesimo septimo aetatis suae mortuus Jesus fuerit, si per ipsum Natalem imperii Tiberii anno 19 passus est? Fallit ne Lucas anno decimo quinto imperii Tiberii Caesaris fuisse & aetatis suae trigesimo baptizatum? Fallit ne Joannes referens a baptismate ad mortem quater pascha fuisse celebratum? Fallit ne Daniel praedicens Christi praedicationem perduraturam menses quadraginta duo, scilicet annos tres, & menses sex? Absit. Dicendum ne tres vacasse Sollemnitates, & a Jesu fuisse praeteritas? Sed quae credibilitatis motiva? De Baptisma antecedentibus Paschatibus nulla fit mentio, quia non adhuc incoeperat praedicatio. Posteriores non praetermissae, quia Deus ipse Homo protestatus fuit, Legis Mosayeae neque jota unum, neque unum apicem praeteriturum donec omnia fierent? Quomodo a baptismate igitur ad mortem numerari possunt anni septem? Dicendum igitur Natalem falli, & sua ipsius contradictione convinci. Si per ipsum namque anno decimo nono imperii Tiberii Caesaris mortuus est Jesus uti, & nos evicimus, necesse est, ut concludatur anno trigesimo quarto ab Incarnatione passum fuisse, quia anno decimo quinto imperii istius, Luca referente, Christus baptizatus fuit anno trigesimo a nativitate „ Anno autem quinto decimo imperii Tiberii Caesaris . . . *factum est cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante . . . . . ipse Jesus erat quasi annorum triginta.* Cap. 23. Per Natalem, & per nos anno 19 Christus patibuli subivit tormentum. Quomodo ergo passus est anno 37 aetatis suae? Nescio, nec scire possum.

Angelo Maria fuit salutata ad Crucem, solidos, integrosque intercessisse annos triginta quatuor, perfectamque fuisse Aetatis Christi annorum periodum, uti perfecti sunt triginta quatuor Solares anni. Hoc colligite supponentes tamen, & Martii die vigesima quinta, ut fuerat incarnatus mortem oppetiisse, sicuti infra demostratum videbitis. Tempus vero est, ut ad aliam præliminarem veritatem disceptandam demus operam. Perbreviter itaque videamus quo Judæorum mense, quo mensis die Sol suam obduxerit lucem, ut Dei – Hominis Creatoris sui mortem lugeret, & funus tenebris celebraret. Mihi itaque cum Ecclesia certum est, Regem gloriæ Sollemni Azimorum die cruci, & morti traditum fuisse, quia ad vesperam, in qua comedebatur Agnus cum lactucis agrestibus, se verum Agnum sub Panis, & Vini speciebus dedit Discipulis potum, & cibum. Veritatem hanc Evangelistæ omnes testantur. Audiantur singuli. Matthæus: *Primo autem Azimorum die accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes, ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* (31) Marcus: *Primo die Azimorum, quando Pascha immolebant, dicunt ei Discipuli: Quo vis eamus, ut paremus tibi comedere pascha?* (32) Lucas: *Venit dies Azimorum, in quo necesse erat occidi pascha* (33). Joannes tandem: Ante diem festum *paschæ sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transiret ex hoc Mundo ad Patrem . . . cœna facta &c.* (34) (F). Cedamus ea propter Evange-

(31) *Cap.* 26. *v.* 17.
(32) *Cap.* 14. *v.* 12.
(33) *Cap.* 22. *v.* 7.
(34) *Cap.* 8. *v.* 1. *ad* 6.

(F) Non me latet, Doctores multos praesertim Graecos opinatos, Christum pridie decimae quartae Mensis primi coenasse, & ante Sollemnitatem Azimorum, scilicet in decima quarta, morte sua praemonstratum transitum Domini, seu phase verificasse, innixos in illo Joannis: *Ante diem Festum &c.* Ast ne latet quidem, eorum sententiam pessum ivisse, quia argumentis multis fuit objurgata, evidentibusque rationibus suffossa a Graecis plerisque, & à Latinis omnibus evincentibus, Jesum Judaeorum more ad sollemnitatis vesperam coenasse, & mane decimae quintae, in qua erat Sollemnitas Azimorum, crucis subiisse tormentum. Et quoniam crambem recoctam iterum apponi semper mihi abominabile visum est, ideo in re tam nota Nostratum argumenta exscribere insulsum plane credo. Notetur, animadvertaturque tamen cupio, haebreos in dierum computatio-

listis ; & firmiter teneamus Dominantium Dominum Sollemni Azimorum die fuisse e terra ad Crucem exaltatum dum mortis, peccatique tenebras destruxit.

XVII. Et re quidem vera, si terque, quaterque ipse Jesus fuit protestatus, ne apicem quidem, neque Legis jota unum praeteriturum, donec omnia fierent (35) cur erit dicendum in ultima cœna Mosaycae ordinem pervertisse institutionis? Cur inficiandum sollemni Paschatis die propter scelera nostra fuisse attritum? Mortem Salvatoris in die festo evitare Ministri profecto, & Sacerdotes conati fuere, tumultus ne fieret in populo (36). Sed ex hoc non sequitur, illos facinus omnium maximum pridie Sollemnitatis perpretasse. Non enim illos pietas, aut religio a nefario deterrabat scelere, sed timor cohibebat, ne tumultus fieret in populo, quam coram mutarunt sententiam, ubi proditor ille a se Christum sine tumultu traditum iri spopondit (37).

XVIII. Arbitror nec mea me fallit opinio, non sine magna misterii ratione factum fuisse, ut Paschatis die Deus - Homo propter scelera nostra pateretur. Prae illo nullum Sollemnius Festum, nulla sanctior phase Domini. Voluisse igitur Deus Omnipotens videtur, ut gens impia, & obcœcatum Judaeorum genus in medio Sollemnitatis occideret Divinum Agnum immaculatum, qui se ad vesperam vescendum dederat, ut quomodo in praecedentibus coeremoniae, & umbrae misticos typos

(35) *Matth.* c. 5. v. 18.
(36) *Id.* c. 26. v. 5:
(37) *Id.* c. 26. v. 16.

ne duplici fuisse usos methodo, & regula. Dies Festos, & Religionis a vespera ad vesperam, id est ab occasu ad Solis occasum computabant, secundum illud Levitici: *A vespera ad vesperam celebrabitis Sabbatha vestra* c. 13: v. 13. Dies vero civiles, sive profanos, sive operis ut feriarum ordinem a media ad mediam noctem extendebant, hinc crepusculum serotinum, in quo Jesus verus Dei Agnus coerimonialem coenam imitatus, se ipsum Sacramentale Discipulis potum, & cibum fecit, ordine religioso Sollemnitatis diem initiabat Ordine civili ad diem festo praecedentem spectabat. Profana methodo usus est Joannes, sacram adhibuere coeteri Evangelistae. Haec hoc in loco innuisse sufficiat, alibi videre dabitur, se fuisse allucinatum P. Calmet in sua Dissertatione de ultimo Paschate &c. T. V. sui antiquitatum Thesauri, ubi contendit iterum tueri jam abolitam sententiam, & substinere, pridie Azimorum, & XIV Nisan Jesum Mundi peragisse Redemptionem.

praemonstrabant, sic in hac vera Domini phase fuisset perpretata. Qua victima? occisione illius Agni, qui ad vesperam se Patri obtulerat, & Sacramentaliter esus a Discipulis fuit. Quo Transitu? E sinagoga ad Ecclesiam. Tunc enim testamentum Domini a Judaeis ad gentes translatum fuit; tunc haereditas Domini ad populos, & nationes fuit transmissa. Tunc Diademate Divinitatis spoliata, quae plurimos habebat filios, cœlestibus sterilis Ecclesia ornata fulgoribus, plurimos de Latere prosiliens Christi genuit filios. Itaque quae Typi ad Prototypum relatio? Quae Cœrimonia ad Sacramentum analogia, nisi tempore eodem, quo Judaei misticum edebant Agnum, Jesus Dominus cœnam in qua Corpus suum dedit manducandum, & Sanguinem bibendum, ad Sollemnitatis initium, scilicet ad vesperam decimae quartae fecisset? Et nisi testamentum in medio sollemnitatis testatoris morte confirmaretur?

XIX. Ad vesperam diei decimae quartae civili, naturalique modo sumptae Judaeos phase Domini celebrasse, & Agnum cum Lactucis agrestibus comedisse & decima quinta mensis primi, qui Nisan ab illis dicebatur, & Sollemnitatem Azimorum peragere consuevisse, legitur in Levitico: *Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est, quinta decima mensis hujus sollemnitas Azimorum est* (38) Plura igitur verba facere importunum foret satis iam constat, servatorem die decima quinta mensis Nisan cruci pro humani generis reparatione fuisse affixum, quia Redemptor cœrimoniale non offendit ordinem, qui etiam in Exodo fuerat praescriptus. (39) Nulla adest ratio, nullum vel leve argumentum, ex quo antecipatio praesumi queat. (G)

XX. Demonstravimus Servatorem nostrum aetatis suae Trigesimo quarto de inferno triumphasse, §. VI. ad XV. Demonstravimus sollemni Azimorum die, & decima

(38) *Levit. cap.* 23. *v.* 5. & 6. (39) *Exod. cap.* 2. *v.* 18.

(G) Alibi de Judaeorum Mensibus, hic tantum adnotare juvat mensem primum antiquis fuisse Mensem NISAN, quamvis Rabbinorum imperitia nescio an dolo, & mala arte successerit Eliul, qui veteribus erat Sextus.

quinta Mensis Nisan attritum fuisse, mortalique vita orbatum, qui erat ante Sæcula, ut omnibus daret salutem. §. XVI. ad XIX. Restat nunc ad memoriam revocare, menses a Jndaeis per lunae motum ita dimensos fuisse, ut unaquaeque lunatio cujusque mensis civilis spatium circumscriberet. Quis ignorat, & quem latet, illos non fugisse, & satis perspexisse, tempestatum vicissitudines a solis motu moderari? Ideoque ne temporis tractu mensium perturbaretur ordo, & civiles menses semper ad easdem reponerentur tempestates, institutum voluere, ut sui anni civiles a Lunae phasibus moderati analogiam quamdam, & relationem cum Solaribus tropicis responderent, essenteque pene aequales additione decimi tertii mensis tertio quoque anno. (H)

(H) Umqua ne fieri potuit, ut duodecim Lunationes simul sumptae, quarum unaquaeque constat diebus 29 12 44' 3" 11''' annum tropicum Solarem adaequarent? Hujus Astronomica temporis quantitas est dierum 365 05 49 ut omnium Astronomorum consentio tenet, si unum excipies Tikomem calculantem minuta 48' 59", vel alterum Keplerum protestantem momenta esse 48' 58" 12'''; Duodecim vero Lunationes simul sumptae constituunt dies 354 8 44' 38" 12''' nam 29 12 44' 3" 11''' X 12 = 354 8 48' 38" 12'''. Hinc si Solaris annus major cum Lunari minori comparetur, & fiet 365. 05. 49' – 354 8 48' 38" 12''' = 10 21 00' 21" 48''' ex residuo habetur excessus annui solaris temporis, & differentia inter utrumque, quae ter sumpta terno quoquo anno solidi Lunaris mensis minime cum differentia extensionem constituit; nam 10 21 00' 21" 48''' X 3 = 31 15 01' 05" 24 – 29 12 44' 3" 11''' = diebus 2 02 17' 02" 13'''. Ex quo ultimo exponente inspicitur in tribus annis Solare tempus esse majus Lunari excessu dierum 2 02 17' 02" 13'''.

Eadem differentia visitur pariter si utraque tempora comparentur, & fiat 365 5 49 X 3 = 1095 17 27 & pro Lunari, in quo tribus in annis numerantur Lunationes 37 fiat 29 12 44' 3" 11''' X 37 = 1093 15 9' 57" 47''' dein. 1095 17 27 – 1093 15 9' 57" 47''' = 2 02 17' 2" 13'''.

Hebraei Astronomiae peritissimi, ut menses civiles suis tempestatibus adhaererent, sic annos voluere distributos. Primus Mensis dierum 30 dicebatur *Nisan*; secundus *Tiar* dierum 29; tertius *Sivan* dierum 30; quartus *Thamuz* dierum 29; quintus *Ab* dierum 30; sextus *Eliul* dierum 29; septimus *Tisri* dierum 30, octavus *Marchesavan* dierum 29; nonus *Cisleu* dierum 30; decimus *Tebet* dierum 29; undecimus *Schebeth* dierum 30; duodecimus *Adar* dierum 29. Ve-Adar dierum 30 erat decimus tertius additionalis tertio quoquo anno, ut civiles tres tropicis tribus annis essent aequales.

Ex data dierum 30, & 29 bini menses civiles dies constituebant 59, & suppares erunt duabus Lunationibus, quarum tempus est dierum 59. 1 28' 6" 22'''. Partes denominatae excludebantur in Mensibus, & in Civili tempore, quo fiebat, ut quique annus Lunaris Civilis esset dierum 354, quia 59 X 6 = 354.

XXI. Sapienti hac induſtria, & peradmiranda civilium annorum forma effecerunt Judeai, ut in unoquoquo undeviginti annorum spatio tempora tam a solis cursu, quam a Lunae motu moderata nullum, vel fere nullam in civilibus mensibus agnoscerent differentiam, quia eorum tres anni civiles tribus tropicis suppares erant, & menses suis tempestatibus adhaerentes reddebant. Multa ad haec ostendenda adessent argumenta, tam ex iis, quæ memoriæ produnt historici, quam a constanti more adhuc inter eos vigente, qui ex hoc ſurſure usque modo in avita perfidia vivunt homines. Prætermittenda tamen, ne longius abs re aberremus. Id enim quid præstat, quod conemur probare, quidquid non negatur, & in quo conveniunt omnes? Nonne ex eorum systemate non sine piaculi nota suum Metheon Athenarum Princeps Lunarem construxit Cyclum, quem Enneadecterem appellavit? Hæc quis ignorat Sosigero suggerente in Kalendario Romano a Julio appositum fuisse Enneadecterem, & Aurei Numeri Cyclum nuncupatum? Et vera Aureus, quia illius ope, anni civiles Lunares nullam, vel fere nullam cum tropicis agnoscunt discrepantiam. (I)

(I) Judaeorum morem per lunae phases moderandi annos Graeci sunt imitati, & Metheon, sive Methon Atheniensium primus rex in Systema reduxit, & decemnovennalem Cyclum instituit, cui Enneadecteris nomen dedit; Ex Atheniensibus mutuati sunt Romani, illumque adhibendum proposuit Julius in nova sua reformati Kalendarii publicatione sub nomine Aurei Numeri, sicque illum appellare placuit, quia Athenarum in foris quoquo in anno aureis notis obsignabatur numerus in anno recurrens, & repraehesentans annum Cycli, ut inde posset quisque phasuum dies invenire.

Praestantia hujus Cycli in hoc consistit, quod in ejus fine tempora sunt aequalia. Enim vero, quia quolibet in anno commuui sunt Lunationes 12, & in quoto tertio sunt 13, ac tandem in ultimo pariter 13 quia est hembolemicus, & additionalem habet Lunationem. In quoquo Cyclo Lunationes sunt 19 X 12 = 228 + 7 = 235. Et quoniam cujusque Lunationis astronomicum tempus est dierum

29 12 44' 3'' 11''' X 235 = 6939 16 32' 28'' 05'''

Et quoniam tropicorum 365 5 49' X 19 dies sunt 6939 14 31

Utriusque temporis Astronomica Differentia est. . . . . 2 01 28' 05'''

A qua differentia exhibetur excessus horarum 02 01' 28'' 05''', quo in annis 19 Lunare majus tempus superat tropicos 19 annos. Vere igitur Aurea institutio.

XXII. Sine ulteriori mora ad demonstrationem. Jam nostis, vel novisse puto, meo munere satisfecisse, si Enneadectere opitulante probaverim Aetatis Christi trigesimo quarto anno Romanis die Martii vigesima quinta Lunæ decimam quintam accidisse, quæ Judæis Mensis Nisan decimam quintam dederat, & Sollemnitatem illam Azimorum, in qua verus Dei Agnus immolatus fuit. Apage quælibet umbra timoris. Non longitudo temporis me terret, non rei investigandæ pondo ab opere revocabit; Non opposita Scriptorum argumenta. Non abages multi ex chronistarum sine centro Cyclis. Solis, & Lunæ cursus ad stadium nos perducent. Attendite. (K)

XXIII. Evictum utique erit, quod Aetatis Christi trigesimo quarto anno Plenilunium vero Aequinoctio proximius, & Lunæ quinta decima Romanis octavo Kalendas Aprilis acciderit, si ab hoc currenti anno, qui incœpti decimi noni Sæculi est primus exordimur. Ex die & momento quo Plenilunium proposito hoc in anno, millesimo octingentesimo primo nobis rediit circa vernale Aequinoctium probabimus, Redemptionis anno, & aetatis Christi trigesimo quarto paschale Plenilu-

(K) Ut intelligatur, quam facile falli possint, qui quaestionem hanc expedire autumant ope argumentorum non a Solis, & Lunae motibus excerptorum non abs re puto innuere, a P. de Graveson asseverari in suo de Misteriis, & annis Christi Tractatu, ejus mortem accidisse anno vigesimo nono Epocae vulgaris Quam erraverit, ex infra demonstrandis eructur. Hic tantum illi impugnandum, non esse verum, quod ait Judaeos Cycli Lunaris usum, non agnovisse ante Jerusalem destructionem. Ut uno omnia corruant hiatu pace dicam sua. Cycli Lunaris praestantia in eo consistit, ut mediante additionali mense ternis in annis Lunare Solari aequetur. Isto additionali mense usos fuisse Judaeos, negare non potest Auctor; ipse enim totis viribus evincit, primum mensem ante Jerusalem excidium fuisse in cujus decima quinta Plenilunium post aequinoctium vernum accidere solebat. Quomodo itaque ordo iste servari potuisset sine Ve-Adar additione? Sine hoc in spatio 9 annorum vernales menses evasissent Hyemales isti autumnales, & autumnales aestivi. Confusio haec necessario sine hembolemocis eventura quando accidit? Forsan non fefellisset si dixisset ante Jerusalem eversionem Cyclo hoc tantum factu usos implicite Judaeos fuisse, adhibendo Ve-Adar, post vero eversionem explicite adoptasse Metheonis systema ex eorum usu adinventum. Melius dixisset, scnetrio destructo, non relicto patrio more in moderandis annis, neque a Graecis, neque a Latinis normam accepisse, sed tantum Systematis numenculaturam, ut gentium Linguis se accomodassent, quibus prius dederant annorum formam.

nium in Romano Kalendario fuisse obsignatum die Martii vigesima quinta.

XXIV. Quem vero latet, annum hunc primum post octingentesimum supra millesimum ab Incarnatione ob Lunarium phasuum renovationes, & enneadectericis periodis, & ordine convenire cum trigesimo quarto aetatis Christi anno? Idem enim aureus numerus 16, eadem epacta XXVI utrique communis Juliano Kalendario utentibus, quod etsi non reformatum, pene ac proscriptum aeconomiae tamen gratia adhibendum putavimus. (L)

XXV. Lunationes ergo si eodem, quo progrediuntur ordine, eodem redirent momento, non esset id ambigendum, quod anno aetatis Christi trigesimo quarto Lunationes omnes, Pleniluniumque verno aequinoctio proximius eodem rediissent momento, uti Julianae Ephimeres hoc in currenti anno primo supra millesimum, & octingentesimum obsignarunt. Secus tamen res se habet, fides si astronomiae peritis erit praestanda. Hi accuratioribus observationibus inspexere, in cujusque Lunaris Cycli renovationibus non eodem phases posse redire momento, sed citius regredi in Romanorum civilibus annis, & anticipationis quantitatem horae una cum dimidio in quaqua periodo esse aequalem. Et re quidem vera sic fieri debet, nam tempus minus percito renovatur, quam majus. Quanta ergo amborum temporum est differentia, tanta anticipationis quantitas. (M)

(L) Praeter dicta in Nota (I) sub §. 21 Enneadecteris periodis, hoc etiam tribuit quod aurei Numeri ope quolibet anno innuitur differentia annua inter civilem annum Solarem dierum 365; & Lunarem 354. Differentia haec Epacta dicitur. In Juliano Kalendario epacta hoc procedit ordine. Primo Cycli anno epacta est dierum 11: Secundo 22: Tertio 3:, quia quando 30 adaequat, vel superat hembolisma, sive additionalis mensis conflatur, & quod supercst est epacta. Quarto anno epacta est 14. Quinto 25: Sexto 6. Septimo 17. Octavo 28. Nono 9: Decimo 20, Undecimo 1: Duodecimo 12 Decimotertio 23 Decimoquarto 4 Decimoquinto 15 Decimo Sexto 26, Decimo septimo 7: Decimo octavo 18, Decimonono 30.

Ex vulgari praxi in systemate Juliano inveniendi ergo aureum numerum cujusque propositi anni sic operatur. Pro anno 1801 fit 1801 † 1 = 1802 19 = 94 16/19. Residuum 16 est aureus numerus quaesitus. Pro anno 34 fiat 34 † 1 = 35 19 = 1 16 19 aureus numerus pariter est 16. Ergo quia utrisque aureus numerus est 16 eadem pariter epacta erit XXVI; quae cum aureo numero 16 concurrit.

(M) In Nota (I) sub §. 21 institutis calculis observavimus inter astronomicum tempus Solare & Lunare in undevigenis annis excessum exurgere hora-

XXVI. Visenda ergo, & calculanda anticipatio haec in omnibus renovatis periodis ab anno trigesimo quarto aetatis Christi ad nostrum, qui in comparatione est; & in quo his vacamus ociis, quique ob Enneadecteris renovatas periodos, & epactarum ordinem illi, qui fuit Passionis est analogus. Ex anticipatione hac aequali ut supra demonstravimus, differentiae horae unius cum dimidio nobis datum erit videre, quantum lunatio cuius Plenilunium currenti hoc in anno Julianum kalendarium adhibentibus fuit Paschale, prae trigesimo quarto anticipaverit.

XXVII. Et quoniam in comparatione Enneadecteris, ad Enneadecterem nequaquam opus est, ut adhibitus a Julio, & metheone ordo observetur, sed tantum illud necessario requiritur, ut qui in comparatione sunt anni, sint per gradus undeviginti aequaliter distantes, & ut est cycli unius primus ad alterius primum, & ut sunt vigeni quique omnes inter se relati (N). Quapropter perfacilis operatio. A trigesimo quarto anno aetatis Christi, ad primum currentis saeculi anni mille septin-

rum 02 01' 28" 05''' quo Lunare tempus majus est Solari. Non eadem est affectio cum civilibus annis Julianis, qui facti fuerat de aequales diebus 365 hor. 6, quae qearto quoquo anno bisextilem constituunt, et in annis 19 efficiunt dierum

Summam 6939 18

Ex eadem vero Nota (I) sub §. 21 Lunares 19 anni dant dies 6939 16 32' 28" 05'''

Ergo Differentia est dierum . . . . 0000 01 21' 37" 55'''
Lunare igitur tempus in comparatione Enneadecteris cum 19 Julianis annis est minus per defectum horae 1 27' 31" 55''' quare quisque Enneadecteris renovatur citius intervallo datae differentiae.

(N) Usitatus ordo, & successiva aureorum numerorum progressio cum suis relativis epactis sic continuatur adhuc, ut sibi Metheon comparavit ex temporis affectionibus, & contingentiis illius anni, unde Cyclum publicavit. Si ex alio instituere debuisset, quam ex 434 anno ante Christi nativitatem, diversus quidem epactarum ordo, diversa cum romanis annis aurei numeri contingentia. Sicuti itaque Metheoni arbitraria fuit ex quoquo anno Cycli incohatio, sic nobis non negatur actio comparandi annorum relationes, vel annos inter se; quorum distantia est, ut duratio Cycli undeviginti annorum. Ratio est, quia cum vigeni anni Lunares sint inter se analogi, & relativi, nulla violatur epactarum series, cum quasi per normam graduum 19 in Cyclos distribuimus annos datos, nam qui vigeni sunt semper habent eumdem aureum numerum, eamdemque epactam.

gentum progressione habita cyclus lunaris suas per vices nonaginta tres periodos suas renovavit. (O)

XXVIII. Cum in intervallo annorum, qui in comparatione sunt cycli aurei per vices nonaginta tres fuerint renovatae periodi, negari nequit, anticipationis quantitatem, quae in fine cuiusque cycli manifestatur per vices nonaginta tres sumptam & in unam redactam summam exponere ab anno trigesimo quarto ad currentem usque relativum, & in epocha primum decimi noni seculi, totam anticipationis quantitatem esse dierum quinque, ac horarum sexdecim, quae quoniam solidum non consituunt diem, anticipationem non augent, neque plenilunium removent. Ex quo consequitur, hoc anno currenti millesimo octingentesimo primo Plenilunium verno aequinoctio proximius anticipasse prae trigesimo quarto anno horas sexdecim, ac dies quinque. (P)

XXIX. Quoniam vero dies naturales, a quibus anni, & menses aequalibus dimetiuntur spatiis, a diurno Solis cursu efficiuntur, & ut malunt quidam a verticali terrae motu circa proprium axem, ideo lunare in dies distributum redditur quia per solares annos, menses, & dies dissecari, meterique perfacile potest. Hinc hominum usu factum est, ut in civilibus mensibus lunaribus momentum cuiuscumque phasis accipi possit, vel pro initio, vel pro fine diei lunaris prout magis expetit durationi, & cursui mensium civilium alias isti non essent alternatim triginta vel viginti novem dierum, sed omnes, non sine magno hominum incommodo, constarent diebus viginti novem cum semisse, & diversis ces-

(O) A trigesimo quarto aetatis Christi ad 1801 renovatam numeri aurei periodum per vices 93 fuisse ex sequenti calculo videre est 1801 − 34 = 1767.19 = 93 vel ex hoc 93 X 19 = 1767 + 34 = 1801. Patet igitur a trigesimi quarti anni fine ad datum 1801 annos 1765 decurrisse, & in his per vices 93 Enneadecterem fuisse renovatum.

(P) Anticipatio in fine cujusque Cycli ex Nota (M) sub §. 25 est hor. 1 27' 31" 55"' X 93 = 135 horis, sive diebus 5 hor. 15 40' 28" 15"'. Hoc iterum inspicitur, si fiat.

Anni Juliani 1767 X 365 6 = 645396 18. Dant
ergo dies 645396 18

Tempus Lunare unius Cycli est dierum 6939
16 32' 28" 5"' X 93 . . . . 645391 2 19' 31" 45"'

Eadem redit Differentia dierum . . . . 5 16. 40' 28" 15"'

sarent in horis, lunariumque dierum longiores multi, breviores alii essent, si a phasuum momenti limitarentur. Haec ne lippis quidem coelatum est, neque tonsores ignorant, qui epactarum communi usu phasis cuiusque diem invenire sciunt. Omnes sciunt, non semper phasis renovationem fieri in die, qui ab ea determinatur in mense civili, uno verbo sciunt non semper novilunium accidere cum prima mensis civilis, non semper plenilunium cum quinta decima, sed aliquando in praecedente, aliquando in subsequente. (Q)

XXX. Cedamus horam, & momentum inquirere, in quo hoc anno Juliano kalendario utentibus plenilunium vernum acciderit; reservantes opportuniori in loco investigationem hanc instituere. Quaestio enim versatur circa diem quintam decimam mensis lunaris non de astronomico momento hic agitur, in quo vernum plenilunium accidit. Si quis kalendarium Julianum currentis anni inspexerit; vel epactarum usu diem plenilunii, decimamque lunae quintam primi mensis inquirerit, inveniet, illam obsignari occurrentem cum Martii vigesima recurrente enim epacta XXVI. ad diem quintam Martii Kalendario apposita. Prima mensis lunaris, sive novilunii dies est quinta Martii, decima vero quinta lunae Martii decima nona. Ad hanc decimamnonam Marti pariter ex vulgari usu inspicitur hoc in anno primo seculi decimi noni lunae decima quinta. Vero si interrogentur homines veterem adhibentes stylum dicent, currenti in anno Lunae decimam quintam occurrisse cum

(Q) Aliis quibuscumque missis rationibus hic juvat adnotare in annis 19 civilibus ex communibus mensibus 228 binos numerare dies 59 quare si fiat 228/2 = 214 X 59 = 6726 erit numerus dierum mensium communium 228 hembolemicorum 7 dierum 30, unde 30 X 7 = 210 addantur dies, & fiat 6726 † 210 = 6936 & innotescet in 19 annis civilibus Lunaribus dies numerari 6936. Astronomici vero temporis ex Nota (I) sub §. 21 dies sunt 6939. Ergo anni 19 civiles sunt minores totidem annorum Lunarium astronomicae mensuratorum defectu dierum trium. Error hic sensim sine sensu recuperatur accipienda phasim promiscue pro fine, vel initio diei Lunaris, in quo incipit mensis civilis, vel desinit. Secus non haberetur dierum numerus aequalis, si semper phasis acciperetur pro initio diei cujusque. Hinc colligendum, raro contingere, ut dies mensium civilium congruant cum diebus phasuum, sed illos aliquando praecedi, aliquando sequi a phasium renovationibus.

Martii vigesima; sic exigente perturbato civilium annorum ordine, ut etiam Epacta uno fallat die. (R)

XXXI. Quin nos immoremur demonstrare vigesimam Martii eo in kalendario currentis anni millesimi octingentesimi primi ex Epactarum sistemate esse decimam Lunae quintam eo, vel magis quia huius nostrae demonstrationis hoc minimum probationis argumentum est, certi sumus hora vigesima secunda diei vigesimae primae Martii Juliano in Kalendario obsignari, cuius regressionis momentum acceptum pro fine diei decimae quintae ipsam fuisse quae Martii vigesima est, manifestum est.

XXXII. Modo horae vigesimae secundae diei vigesimae primae Martii anticipationis dies quinque, & horas semidenas superaddite, & perspicuum erit hora septima vigesimae sextae Martii anni trigesimi quarti Plenilunium paschale renovatum fuisse. Nonne ita? hora equidem septima ab occasu Solis diei vigesimae sextae Martii est ad vigesimam secundam vigesimæ primæ Martii ut e converso illa est ad totius anticipationis quantitatem. Superaddite dies quinque vigesimae Martii quae hoc in anno fuit mensis Lunaris decima quinta in illo fuisse decimam quintam in Martii vigesima quinta semper apparebit. Non. fuit hoc in anno in Martii vigesima se die decima non Lunaris mensis decima quinta? Esto supperadautur dies sex & iterum exurget in proposito anno cum Martii vigesima quiuta occurrisse. (S)

(R) Vulgaris praxis haec est, anno 1801 epacta 26 + 19 = 45 − 30 = 15. Die ergo Martii 19 quinta decima recurrebat Lunae. Novi-Lunii dies in Kalendario assignatur ab epacta recurrens. Sed epacta 26 jacet ad diem 5 Martii, ergo anno 1802 Novilunii dies fuit 5 Martii & 19 decima quinta Lunae.

(S) Plenilunii horam ex vulgato Kalendario antiquo pro anno 1729 casu quodam invento, & ultra mare impresso supputavimus. Equidem quasi impossibile fuerat, donari non correcto pro currente anno 1801, cum etiam tandem Angli acceptarint Gregorianam reformationem. Ex eo calculantes pro Europoco horizonte generice inspecto comperimus plenilunium verno aequinoctio proximius anno 1801 accidisse Martii die 21 22 26 cupientes rescire momentum, in quo Christi anno 34 Plenilunium Romani, & Europoei fere omnes inspexerunt ad datam horam & diem addunt anticipationis quantitatem in superiori Nota (P) sub §. 28 calculatum, & operentur, ut sequitur:

XXXIII. Ex his mihi nemo negare poterit, anno trigesimo quarto aetatis Christi, Romanos obsignasse cum Martii vigesima quinta mensis Lunaris decimam quintam. Aut enim scurrili petulantia, & effraeni audacia negare debebit anticipationis quantitatem, aut contendere nostro hoc in anno octingentesimo primo supra millesimum Lunae decimam quintam cum Martii vigesima non reformati anni occurrisse. Neutrum fieri potest, quin aspra efficiantur iniuria Tabulae Clarissimorum Virorum opera confectae, vel quin pessum computa nostra dentur omni cura, & arte comparata.

XXXIV. Haec sufficerent, sed alia idem tempus commensurare norma, eamdemque relationem phasuum respicere non abs re erit. Testes itaque appello singulos Juliano Kalendario utentes. Dicant ipsi quaeso, quo die ipsis hoc anno vernum aequinoctium acciderit. Omnes reponent: Die decima secunda Martii. Sic etiam num anno trigesimo quarto? Nequaquam. Secus annorum tropicorum quantitas esset omnino aequalis civilium annorum Julianorum extensioni. Quod fieri nequit, quia differentia adest inter tempus civile, & astronomicum undecim momentorum in quoquo anno quibus Julianus annus excedit astronomicum. Differentia haec, sive excessus in annis mille septingentum sexaginta septem, qui a trigesimo quarto ad currentem anno usque numerantur, summam constituunt dierum tredecim. Haec est ratio, ob quam aequinoctia in Kalendario Romano mutarent sedem. Hoc itaque die decima secunda accidère, & dies anticiparunt tredecim. Ergo anno trigesimo quarto ex quo calculari anticipatio incoepit aequinoctium vernum rediit in feria quae a decima secunda distat per dies tredecim. Ergo accidit Martii die

Anno 1801 Plenilunium vernum Martii die	21	h. 22	26		
In annis 1767 anticipationis quantitas dierum	5	15	40'	28"	15‴
Anno igitur 34 Martii die	27	14	06'	28"	15‴

Quomodo vero decima quinta Lunae fuerit eo in 34 anno præter hic dicenda apparebit clarius in tertia parte, in qua multa, quae erant hic posita claritatis gratia illic fuerunt translata.

Dies h. 15 40' 28" in prudentiali computo dies dant 6 quia dies incoeptus habetur pro completo, quare 19 † 6 = 25.

vigesima quinta, quae in successiva, naturalique progressione a duodecima est decima tertia. (T)

XXXV. Affectio ipsa & relatio aequinoctii verni ad vernum Plenilunium currentis huius anni confirmat, Decimam Lunae quintam accidisse in Martii vigesima. Equidem inter diem Plenilunii, & aequinoctii distantia intercessit dierum octo, quanta est differentia, & excessus temporis Lunaris supra solare in annis mille septingentum sexaginta septem. Quare Aequinoctio ad Martii duodecimam regrediente hoc in anno, Plenilunium, sive potius Lunae decima quinta fuit Martii vigesima quia tempus maius tardius renovatur, quam minus. Verum quia ut supra vidimus inter Julianos annos millenos septingentenos septinginta septem, & totidem Lunares differentia intercedit dierum quinque, id omnino certum est quod anno trigesimo quarto aetatis Christi decima quinta Lunae acciderit cum Martii vigesima quinta. (V)

(T) Annus civilis ex Julii institutione est dierum 365 ac horarum 6, quo fit, ut sit major tropico excessu momentorum 11; quae in annis 1767 summam conflant dierum 13 nam 1767 X 11 = 19¼ 37/60 = 3 23/24 57/60 = 13 11 57 horae 11, & momenta 57 attendi non debent, quia eorum, non manifestatur effectus nisi quando diem solidum constituunt. Ideoque dicendum, a die, & sede anno 34 habita, usque ad nostrum annum aequinoctia recessisse per dies 13 uti probandum erat. Et quoniam hoc anno 1801 aequinoctium accidit die Martii 12, anno 34 die Martii 25 accidisse manifestum est.

(V) Expedit utriusque temporis astronomicum dierum exponentem in annis 1767 invenire.

TEMPUS SOLARE

Anni	1767		1767		1767
Dies	365	Hor.	5	Mom.	49'
	8835		8835		15903
	10602		1443		7068
	5301	24 X	10278	60 X	86583
	644955		67		265
	428		198		258
	645383		--6		183
					--3

XXXVI. Inter Lunae quintam decimam quae hoc anno occurrit cum Martii vigesima, ut supra demonstravimus, utque proprio testimonio confirmant, quotquot adhibent Julianum Kalendarium, & verni aequinoctii renovationem distantia intercessit dierum octo, isto in die duodecima eiusdem mensis redeunte. Et tanta intercessisse oportebat in annis mortis Christi, & currentis intercedentibus mille septingentum sexaginta septem annis. Ergo anno trigesimo quarto, ex quo progressio, & distantiae in currenti manifestatae successio haberi incoepit uno eodemque occurrerunt die Lunae decima quinta, & Aequinoctii renovatio, aliter distantia in hoc anno non esset temporis Lunaris proportionalis, nisi ex communi termino dimanasset. Sed anno trigesimo quarto ut ex datis calculis supra demonstravimus, & infra ex historia patebit vernale aequinoctium accidit in Martii vigesima quinta; Ergo eodem in die Lunae decima quinta acciderat. Tantam evidentiae vim credo inesse in hoc argumento, ex proportionali Plenilunii & Ae-

TEMPUS LUNARE

Cycli Dies. 6939 Period. 93	93 Hor. 16	93 Mom. 32'	93 Mom. 28''	93 Mom. 5'''
20817	558	186	744	60 X 465
62451	93	279	186	45
645327	1488	2976	2664	
64	50	43	7	
645391	60 X 1538	60 X 3019	60 X 2611	
	98	19	211	
	-2		-31	

Ex datis operationibus Lunares periodi 93, sive anni 1767 dant dies	645391	2	19'	31''	45'''
Tropici anni 1767 dies constituunt	645383	6	3		
Astronomica Differentia	7	20	16'	31''	45'''

Dicite dierum octo, quia horae tantum quatuor desiderantur.

Dies Plenilunii fuit Martii vigesima, dies aequinoctii Martii duodecima ergo distantia fuit dierum octo. Accuratior hujus affectionis demonstratio dabitur in tertia parte, ubi harum duarum regressionum momenta exponentur, tam pro currenti anno 1801, quam pro proposito trigesimo quarto.

quinoctio distantia currenti in anno manifestata, desumpto, ut amplius nihil aliud exoptari queat, ut certi, ratique simus anno trigesimo quarto aetatis Christi Lunae decimam quintam occurrisse cum Martii vigesima quinta.

XXXVII. Nostras tandem explevisse partes credimus, omnia enim, quae ad uberiorem demonstrationem opus erant, exposuisse putamus. Probavimus enim trigesimo aetatis suae a Servatore Jesu doemonis imperium sollemni in Paschatis die fuisse destructum. §. XVI & seqq. Probavimus, sollemnitatem hanc Judaeos decima quinta die Mensis Nisan, ipsis primi in mensibus anni celebrare consuevisse. §.XVIII ad XXI Probavimus, Mensem Judaeorum primum a plenilunio verno aequinoctio proximiori constitui; illudque esse primum, cujus decima quinta determinabatur a proxima Plenilunii renovatione. §. XX & XXI. Probavimus, tandem, & Lunae decimam quintam, & Mensis Nisan occursum habuisse in Passionis Dominicae anno cum octavo Kalendas Aprilis, & hoc evicimus ex Lunari hujus currentis anni occurrentia, observantes, primum hoc in anno Lunae decimam quintam per dies quinque recessisse ab ea, in qua acciderat in Passionis anno, & in vigesima Martii numeratum fuisse, cui redditis anticipationis diebus quinque primo in progressionis trigesimo quarto ad Martii vigesimam quintam, Lunaris mensis decimam quintam appositam fuisse, concludere fas fuit: Secundum ex Aequinoctii & Plenilunii reali distantia in currenti anno apparente confirmandi ratio accessit, in aequinoctiorum die illo in anno accidisse quaesitam Lunae decimam quintam, quae verna aequinoctia Romanis Martii vigesima quinta redire solebant §. XXII et seqq. Sufficeret certo, nam ex illis exurgit, eadem die Martii vigesima quinta vitae auctorem, ut servos redimeret, Spiritum e cruce ad Patrem emisisse. Negocii tamen magnitudo exigit, ut suis amatoribus remisso Juliano Kalendario, succedat calculus secundum Gregorianam civilium annorum reformationem; Demonstrabimus ea propter denuo, Christi aetatis trigesimo quarto anno Martii die vigesima quinta Lunae decimam

quintam occurrisse, quae Judaeis dabat sollemnitatem Azimorum. (X)

XXXVIII. Paulo superius relationem inspeximus, quae inter nonaginta tres Cyclos Lunares, & annos septingentum sexaginta septem Julianos est; nunc computus instituendus est, ut inspiciamus, quae inter mortis Christi annum, & currentem ex datis Pleniluniis, & venis aequinoctiis astronomica intercesserit relatio. Id supra vidimus, quod conparato Enneadectere cum uno de viginti tropicis annis, Lunare tempus astronomice sumptum excedit intervallo, & differentia horarum duarum §. XXI cum N. (H). Vidimus etiam per tres, & nonaginta vices in annis, qui in comparatione sunt Lunarem Cyclum fuisse renovatum §. XXV et seqq. Restat probandum totum excessum Lunaris temporis in tot novis periodis, & Cycli nonaginta tribus renovationibus fuisse ad centum octaginta sex horas currenti hoc anno auctum, quae dies fere octo constituunt, ex quo elucescit ab anno trigesimo quarto ad datum millesimum octingentesimum primum in Lunaris temporis quantitate excessum inveniri dierum octo (Y).

XXXIX. Nunc ad Lunares iterum tabulas, sed ad instar Gregorianae institutionis confectas, pro currenti hoc anno oculos apponite vestros, & in accuratioribus nostra

(X) Juliani, & Gregoriani anni eadem procedunt via, hac solum intercedente discrepantia, ut anni Gregoriani datis vicibus in Seculorum decursu aemulentur realem, & astronomicam quantitatem tropicorum. Equidem annis Julianis fuerunt attributa momenta 11 prae solari, cujus dies sunt 365 5 49" Juliani vero dies 365 6. Quo fit, ut in 131 annis in civilibus computis habeatur dies unus excedens astronomicam quantitatem, ob quem aequinoctia recedunt, confectus ab illis 11 nam 131 X 11 = 1441 60 = 24 1/60. Gregorius tamen XIV P. O. M. anni civiles, ut ordinate procederent sic fieri mandavit, ut ex quaternis centesimis, qui omnes sunt in Kalendario Juliano bisextiles, tres sint communes, quartus intercalaris, annoque 1582 dies demit 10: Correctio haec est accuratissima, & tantum post secula septuaginta duo alter error solidi diei manifestabitur, ad quem tollendum alius quartus centesimus multari debet. Sed quis haec videbit?

(Y) Ex calculo in Nota (I) sub §. 21 dato comperimus Lunares annos 19 majores esse Solaribus totidem excessu hor. 2 01' 28" 05''' & in annis 1767 periodos 93 renovatas fuisse pariter vidimus in Nota (O) sub §. 27. Nunc fiat 93 X 2 2' 28" 5''' = 188 16' 31" 45''', & diebus 7 20 17' 31" 45''' excessus aequalis habebitur hoc in anno manifestatus. Idem demonstratum fuit in Nota (V) sub §. 35.

pro Italia, & vigesimam nonam Martii fuisse Plenilunii diem, Lunaeque decimam quintam ad trigesimam omnino videbitis. Et quamvis quot unt ephemeritum compilatores, tot varient circa horam, omnes tamen conveniunt Plenilunium accidisse in Martii vigesima nona. Civilis quoque Gregoriana praxis computandi. Lunares dies epactarum usu ad Martii trigesimam ponit Lunae decimam quintam (Z).


XL. Nostro hoc in Gregoriano Kalendario coeteris paribus semper ad diem vigesimam primam Martii Aequinoctium redire consuescit. Inter vigesimam vero primam Martii, in qua aequinoctium rediisse Kalendarium supponit, & Martii vigesimam nonam, in qua Astronomorum computa ponunt Plenilunii, regressum distautia intercessit dierum octo. Ergo dicendum Lunae decimam quintam anno trigesimo quarto aetatis Christi in eadem accidisse Feria, in qua aequinoctium occurrerat. Neque officit, si eadem in die Plenilunium non rediit, quia differentia inter unum, & alterum sequentem diem in tempore Lunari cum sit horarum, cumque punctum astronomicum phasis accipi possit pro finali die Lunaris mensis, decima quinta numeratur in feria praecedente, vel in subsequente, si Plenilunium accidit in immediata die.

XLI. Equidem ut ipsa docet evidentia, ratio suadet, nostro hoc in anno millesimo octingentesimo primo Aequinoctium inter, & Plenilunium dierum octo distan-

(Z) Porro currenti hoc anno 1801 Gregoriano Ephemeres publici juris, factas consulite, & quamvis inter se per horas discrepent, in singulis tamen Plenilunium accidisse legitur horologii Italici hora 12 diei 29 Martii. Majoris nominis sunt, quae Faventiae a Montanini dispensantur sub Titulo: *Il Giro Astronomico del celebre P. G. P. Casamia &c* Hisce in Tabulis visitur Plenilunium in Martii die 29. h. 1.. 11' 17". Idem in discursu generali legitur. Ex meis privatis Tabulis compilatis ex puncto, quo accidit Ecclipsis Solaris anno 1793 die vero Septembris 5. hor. 17. 15. hujus anni 1801 Plenilunium vernum legitur Martii die 29 h. 14. 24. ejusdem horologii Italici. Quaequae sit discrepantia semper stat, currenti in anno Martii die 29 vernum Plenilunium accidisse.

Pro Gregoriano Kalendario hujus anni Epacta est XV. quae apposita jacet ad Martii 16, illa recurrente dies, 16 est prima Mensis Lunaris, & trigesima est illius decima quinta. Ex praxi fiat dies Martii 16 + 15 Epactae = 31 - 30 = 1, vel Martii dies 30 + 15 Epactae = 45 - 30. 15. Martii ergo 30 fuit Lunae decima quinta.

tia non intercessisset, nisi in communi termino progressio amborum temporum incoepisset. Quo fieri namque potest, ut duorum temporum fines in ratione excessus inter se distantes suis initiis non convenerint? Tunc principia temporum ex eodem progressa non fuissent termino, quando fines non distarent ratione excessus (Aa). Non ex Juliano solum, verum ex Gregoriano Kalendario temporum relationes investigando, & extensiones dimetiendo tanta fuit inventa inter Plenilunii, & verni aequinoctii regressas distantia currenti in anno, quantus est in utraque annorum forma excessus, & quidem in annis Gregorianis septingentum sexaginta septem supra mellenos dierum octo, & in Julianis dierum quinque, ex quibus omni jure concludendi accessit necessitas, in primo progressionis termino duo tempora, & dierum series, quae in comparatione sunt, ex eodem die processisse, & in trigesimo quarto Christi aetatis anno in una, eademque Plenilunii, & aequinoctii renovationes evenisse (Bb).



(Aa) Differentia, quae est in linea majori D B supra A c: minorem tota extendatur ab n. versus B., & statim liquet, puncta, seu extrema A D fluì ex eadem verticali, & unica V D., quia totus excessus est in eadem plaga B. Lunaris temporis annorum 1767 extensio repraesentatur a linea D B. majori, tempus vero Lunare minus a linea minori A C Quoniam itaque temporis majoris excessus annis 1767 proportionalis verificatus est inter aequinoctium, & Plenilunium currentis anni, distantia dierum octo aequalis excessui repraesentatur a portione n. B. lineae D. B. Quare sicuti ambae lineae A c, & D B ex communi dimanarunt termino V D, sic tempora ambo, quae in quaestione sunt ex eadem feria communem habuerunt terminum progressionis, & dierum successionis. Tempus tamen solare minus ab aequinoctii die anni 34 ad verni aequinoctii diem anni 1801 per successivam annorum 1767 seriem progressum fuit. Ergo etiam lunare tempus in totidem annis a Plenilunio ad Plenilunium vernum efformatum in progressionis initio ex eadem dimanavit aequinoctiorum vernalium die, in qua anno 34 renovata fuere.

(Bb) Ad validissimam confirmandam demonstrationem ex temporis excessibus currenti in anno manifestatis, animadvertatur hic operae praecium puto, ambas differentias, quae in utroque Kalendario inveniuntur,

XLII. Ego vero neminem latere puto, aequinoctiorum sedem ad Martii vigesimam quintam a Julio Dictatore fuisse statutam. Kalendarium ipsum testis. Cur octavo Kalendas Aprilis hilaria festa concelebrata? Cur Ludi publici? Cur veneri vota? Equidem quia tunc, ut historiarum monumenta certiores nos reddunt, per aequinoctii verni regressum renovabantur anni, renovabantur tempestates, dierum noctiumque renovabatur aequalitas (40).

XLIII. Quid vero obstat, ne concludamus, in trigesimo proposito quarto anno in Martii vigesima quinta occurrisse decimam Lunae quintam? Eo enim in anno, ut fuit demonstratum, aequinoctium, & Mensis Lunaris decima quinta in communi inciderunt die. Sic Juliano dirigente Kalendario, sic Gregoriano concomitante inspeximus ex distantiis, & Plenilunii verni, ac aequinoctii regressionum affectionibus, in currenti anno millesimo septingentesimo manifestatis, singulis innuentibus, in una eademque die in anno trigesimo quarto rediisse.

XLIV. Aetatis Christi trigesimo quarto anno cum vigesima quinta Martii, quinta Lunae decima occurrit, convenitque, ni ergo Euclideum ordine primum fallat Axioma, concludendum pariter est, Azimorum Sollemnitatem, & Decimam quintam Nisan, in qua principes, & Judaeorum Sacerdotes convenerunt in unum adversus Christum Regem, occurrisse pariter cum Martii vigesima

(40) *Macrob. in Saturn. L. 8. c. 2.*

efficientes tempus lunare, scilicet in Gregorianis annis 1767 ex Nota (Y) sub §. 29 dierum . . . . 7 20 16' 31" 45'"
Et in Julianis ex Nota (P) sub §. 28 dierum . . 5 15 40 28 15

Simul sumptae constituunt summam dierum 13 11 57 00 00
aequales ergo excessui 1767 annorum Julianorum supra, totidem Tropicis et ei, ob quam aequinoctia per dies 13 11 57 uti in Nota (T) sub §. 34. a sede per Julium attributa recessere. Quare quoniam differentia dierum quinque, quibus anni Juliani 1767 excedunt Lunares annos in currenti subtracta a diebus 13 dat dies octo differentiales inter Aequinoctii, & Plenilunii dies in utroque Kalendario, illamque reddit distantiam quae in reali, & astronomica utriusque renovatione invenitur.

Videsis partem tertiam a §. 147 ad 181 in qua haec argumenta hic tantum obumbrata, & primis rudimentis exarata illustrantur, & verae annorum tropicorum, ac civilium differentiae, & affectiones discutiuntur, atque comparantur.

quinta romanorum. Fuisse itaque in Martii vigesima quinta cruci suffectum Christum, & die Martii vigesima quarta ad vesperam se cibum, & Potum Discipulis dedisse coenatum, uti demonstrare suscepimus, meridiana clarius luce innotuit. Huic itaque gratulemur diei, in qua Solaris, Lunarisque cursus renovationibus tempore fuere renovata. Euge fausta dies, quae te, Martii vigesima, excelтior in annis? Euge. Tu morte Redemptoris Mundum nova luce illustrasti. In te Sol justitiae crucis ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, & primoeva nobis donavit carismata salutis. Euge fausta dies.

XLV. Non una tamen diei Passionis Dominicae charecteristica proprietas. Et nos recordamur, & vos meminisse potestis, praeter decimae Lunae, & Mensis Nisan occurrentiam in Paschatis sollemnitate illa, in qua mori Jesus pro nostra salute dignatus est, relatum pariter abs Evangelistis fuisse, in Sabbati Parasceve contigisse Sollemnitatem ipsam, omnium maximam, & ultimam (41). Parum itaque est demonstrasse, Passionis diem ob dierum Lunarium occurrentiam octavo Kalendas Aprilis fuisse describendam, nisi proxime demonstraretur, eadem Romanorum feria Sabbati Parasceve occurrisse. Opus igitur est, ut evincamus Redemptionis anno una cum decima quinta Lunae eodem octavo Kalendas Aprilis feriam rediisse hebdomadae, sextam. Importunum profecto, & inutile omnino foret, quod hucusque demonstravimus, nisi proxime ostenderetur, propter septendianam periodum in Martii vigesima quinta propositi anni aetatis Christi trigesimi quarti, feriam concurrisse hebdomadae sextam.

XLVI. Cito, ut me expediam in hac illustranda veritate, monitos vos volo Romanis, & Judaeis, Graecis, & Aegiptiis hebdomadalis Cycli evolutiones, mutatis tantum feriarum nominibus omnibus fuisse communes. Consonas cum Judaeis nostro oevo observamus. Nullum adest historiae monumentum, per quod quo Christi post Passionem anno utrisque sectis fuerit hebdomadarum usus factus communis. Optima igitur ratiocinandi ratio

(41) *Matth. cap. 27. v. 62. Marc. c. 15. v. 42. Luc. c. 23. v. 54. Jo. c. 19. v. 42.*

exigit, ut hebdomadam periodos etiam ante Christi mortem Romanis, & Judaeis eodem efluere ordine consuevisse, nobis asseverare liceat. Crescit ratio si mentem convertimus ad S. Historiam, ex qua habemus, apud Judaeos hebdomadas in usu fuisse etiam diebus Adae, & cum oevi initio. Per hebdomadas vero suos distribuisse annos Dictatorem Julium, ex ipso habetur Kalendario. Ergo dicendum ad Judaeorum ulnam suos Dictatorem aptasse annos, saltem dum illorum reformationem anno circiter quadragesimo quinto ante Christi natum instituebat (Cc).

XLVII. Quae cum ita sint, an Passionis anno Martii vigesima quinta fuerit sexta in hebdomadali periodo speculemur, ut inde cum Judaeorum Parasceve coivisse concludamus. Expeditiore ut fiat methodo concurrentium Cyclus Julianus, Solaris vulgo appellatus, qui a Sosigero optimo matheseos professore, & Dictatoris Julii in anni moderatione curas fungente fuerat inventus, & simul una cum Kalendario publicatus, pro norma accipiatur. Cyclus hic cum civilibus Romanorum annis Kalendis Julianii, in quibus Patrum, & Ecclesiae traditio est constans, Circumcisionis coeremoniam in Puero Jesu fuisse executam, sumit initium. Anno vero infantem Regem gloriae hujus Cycli undecimo fuisse circumcisum, decimo vero incarnatum communis Chronistarum sermo est (Dd).

(Cc) Judaeorum hebdomadae septem constabant diebus, omnesque feriae ad Sabbatum referebantur, ab illoque denominabantur. Prima dicebatur una Sabbati, (quasi diceretur una post Sabbatum). Huic succedebat secunda, tertia, quarta, & quinta Sabbati; Sexta dicebatur Parasceve idest Sabbati praeparatio. Septima tandem erat Sabbatum dies festivus, & sollemnis, ut legitur in *Levit: Dies septimus, quia Sabbathi requies est, vocabitur Sanctus*: cap. 23. v. 3. Cur ita? Ut perennis esset memoria, quod Deus omnipotens ea in feria requievit ab omni opere, quod patrarat.

Romani vero superstitioni faventes primam Soli, secundam Lunae, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Jovi, sextam Veneri, septimam Saturno dicarunt. Nomina mutarunt, ordinem non mutarunt. Quod et fecit Ecclesia quae retento Sabbato Judaeorum, & primam appellando Dominicam ob Resurrectionis mysterium in ea patratum, ob Sancti Spiritus missionem, & ob alia Sacramenta in una Sabbati operata, reliquas cum ordinali epitheto ferias appellavit.

(Dd) Non negamus, Epocham vulgarem unius anni errore esse gravatam, quae nunc a Circumcisione dicitur, ita ut annus praesens, qui

XLVIII. Quoniam vero viginti hujus octo annorum diuturnitas est, liquet, annum, qui in Incarnationis, & Nativitatis tempore in cursu erat, explevisse anno decimo octavo aetatis Christi, novamquam illius evolutionem incohasse anno decimo nono a Circumcisione, qui est pariter ab Incarnatione decimus nonus, hac solum intercedente discrepantia, quod ab Incarnatione decimus nonus explicuit octavo Kalendas Aprilis, decimus vero nonus a Circumcisione pridie Kalendas sequentes Januaii finem habuit. Quapropter cum in aetate Servatoris annus decimus nonus ab Incarnatione sit ad trigesimum quartum, ut primus Cycli est ad decimum sextum, non est ambigendi locus quod aetatis Christi trigesimo quarto anno decimus sextus huius Cycli annus concurrerit.

IL. Nisi vero ob Gregorianam Reformationem Litterarum divertisset ordo, nos etiam nostris in annis concurrentem cum decimo sexto Cycli anno Litteram B inspiceremus, pro ut dominatricem habuere paucis ab hinc annis

in vulgari Epocha dicitur a Circumcisione 1801 sit ab Incarnatione 1801, & 1800 a Circumcisione. Ratio est, quia Dionysius Exiguus hujus Epocae auctor, qui sub Justiniani imperio anno 507 a Christi nativitate floruit, suam Epocham ab Incarnationis die Martii 25 incoepit, quam deinceps male Dionysium interpraetantes praesertim Beda a Nativitate, dein a Circumcisione dixerunt. Quo factum est, ut annus Cycli decimus, in quo Incarnationis mysterium patratum fuit, attribueretur anno, in quo Circumcisio evenit, quamvis hujus caeremonia peracta fuerit Kalendis Januarii, in quibus incipiebat undecimus Cycli annus. Error hic in eo consistit, ut annus, qui in vulgari Epocha a Circumcisione dicitur, verius sit ab Incarnatione. Hoc tamen non afficit nostram demonstrationem, neque computa exhibita neque Cycli evolutiones, quia in quaestione est dies Martii vigesimi quinta, in qua etiam Incarnatio incidit; quae dies in anno trigesimo quarto fuit anni illius ultima, & communis tum Epocae ab Incarnatione, tum Epocae a Circumcisione, uti videre est., si animadvertatur, primum ab Incarnatione annum initium habuisse in Cycli anno decimo, & finem in anno undecimo. Ideoque anni aetatis Christi trigesimi quarti die ultima idem recurrebit Cyclus qui incoeperat Kalendis Januarii Circumcisionis anniversariis. Error potius est vocis, quam substantiae, & solum implicat tempus a Circumcisione ad Incarnationis diem anniversarium; hinc annus trigesimus quartus aetatis Christi, qui etiam est quartus, & trigesimus Epocae vulgaris, si haec esset vere a Circumcisione, esse debuerit trigesimus tertius.

Sunt, qui credunt modo ex Bedae errore in Epocha vulgari annum unum potius deficere, & currentem 1801 esse potius dicendum 1802. Sed fallunt, & plus nimio quam fallant, alibi ostendetur.

gentes, apud quas ad annum usque antecedentem Gregoriana Reformatio in usu non venerat. (Ee)

(Ee) Quidquid sit concurrentium, vel Solis Cyclus communiter dictus in Kalendario appositus dicere si vellem legentium offenderem longanimitatem. Omnes namque sciunt viginti octo esse annorum periodum, qua Feriarum gyrus, & bisextilium ordo per septem primas Alphabeti litteras innuitur, quaque renovata Feriarum successio, & Bisextilium regressus, eodem redeunt ordine, quo in priori cyclo evenere. Neminem latet, litteram, quae in cursu est, & dominatur in anno innuere ferias hebdomadae primas a nobis Dominicas dictas, & antiquitus Solis ferias esse in anno eas, quibus in Kalendario dominatrix adjacet. Hanc litteram neminem pariter latet communiter nunc Dominicalem appellari.

Expedit potius, ut periodica Litterarum series, & ordo exponatur, ceu pro singulis viginti octo annis a Sosigene fuere expositae. En itaque Concurrentium, sive Dominicalium Litterarum ordo in Juliano Kaleudario servatus.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
gf	e	d	c	bA	g	f	e	dc	b	A	g	fe	d
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
c	b	Ag	f	e	d	cb	A	g	f	de	c	b	A

Missa historia facti, & quin probemus, sic continuatum semper fuisse apud eos, qui Reformationem non acceptarunt, accedat Demonstratio. Accipiatur ante Reformationem annus 1532, & ex Chronologices praxi ad Lydium apponatur lapidem. Inspiciatur quinam Cycli annus fuerit; fiat itaque 1532 + 9 = 1541. 28 = 55. 1/28. Fuit ergo primus, uti ex residuo 1 fluit. An Bisextilis? Fuit Bisextilis, nam 1532.4 = 383 sine residuo indicante, quinam fuerit a bisextili. Qua incoeperit Feria? Quare haec innuet operatio: 1532 + 383 bisextiles praecedentes = 1913.7 = 293 2/7. Per residuum 2 exprimitur incohasse Feria secunda. Quando vero annus incipit a Feria secunda Littera dominatrix, & exponens Dominicas est G ordine naturali in Kalendario sexto loco posita, quia prima anni Dominica accidit postridie nonas Jauuarii, quando annus incipit Feria secunda. Annus vero Bisextilis duabus indiget Litteris. Ergo quia prima fuit *g*: secunda esse debuit *f*, quia ordine procedunt retrogrado. Itaque quia annus 1532 propositus fuit primus in Cyclo, Bisextilis, & litteras dominatrices habuit *gf*, verum est in primo Cycli anno concurrisse bisextilem cum litteris datis *g f*, & continuari in coeteris annis ordinem a nobis in Schemate propositum.

Nunc clarius intelligitur error in Epocha vulgari a Circumcisione dicta. Dionysius ponit in anno decimo hujus Cycli Incarnationem. Quoniam itaque Cyclus hic kalendis Januarii incipit, Circumcisio Domini in Cycli hujus anno undecimo evenit, & undecimo pariter anno finem habuit annus primus ab Incarnatione. Ex nominis mutatione in Epocha ab Incarnatione nunc a Circumcisione dicta evidenter intelligitur, errorem non esse in annorum numero, sed in nomine, nam id semper inspicitur, quod in Martii vigesima quinta anni trigesimi quarti aetatis Christi annus Cy-

L. Aperiantur Kalendarii tabulae, & oculus, oculus ipse testis erit fidelis, ad vigesimam Martii septimam in haerentem iacere Litteram Dominicalem, sive Concurrentium B. Quando vero Dominatrix Littera est B. Martii vigesima septima in utroque Kalendario est Dominica Christiano more loquendo. Anno ergo trigesimo quarto Christi aetatis recurrente dominicali, sive concurrentium Littiera B decimo sexto in Solaris Cycli loco posita Martii vigesima septima fuit dies Solis, & si Sacra profanis miscere licet, dicite fuisse Dominicam, Redemptoris quidem Resurretione sacratam, sed non ammodo in Kalendariis eo nomine appellatam.

LI. Quando vero Dominica, sive dies Solis, antiquitus ut dicebatur, incidit in Martii diem vigesimam septimam dies vigesima quinta feria sexta, diesque veneri dicata sit oportet. Sexta namque feria antecedentis hebdomados est ad subsequentem Dominicam, uti vigesima quinta mensis est ad vigesimam septimam. Id inficias ergo ire non potest, quod anno trigesimo quarto Christi aetatis recurrente Cycli sexta decima Litterarum Concurrentia, ac Littera B dominante, diem Martii vigesimam quintam feriam fuisse sextam. haec vero ex praedemostratis eadem erat, ac Parasceve Sabbati Judaeorum. Est ergo oppido verum, quod aetatis Chrissi anno trigesimo quarto cum Romanorum Martii vigesima quinta coierat & Sabbati Parasceve, & Mensis Nisan decima quinta Judaeorum.

LII. Ex temporis contigentiis, suisque vicissitudinibus sedulo ponderatis, demostravimus diem, in quo velum templi scissum est, & sol obscuratus, ut morti parentaret illius, a quo habuit Lucem, in Romanorum fastis Martii audivisse vigesimam quintam. Demostravimus eo in anno hac in die octavo Kalendas Aprilis decimam quintam rediisse Lunae, quae in hebraeorum Kalendario decima quinta fuit mensis nisan, & propter Azima sollemnis, & in qua Sanctior Agni immolatio facta fuit, quae finem dedit umbris, & veriora adduxit Sacramonta. Uno verbo demostravimus, charecteristicas diei Passionis proprietates, scilicet decimae quintae Lunae renovationem, ex qua Decima quinta mensis primi

cli fuerat decimus sextus, etsi aetas a Circumcisione, vel ab Incarnatione numeretur.

Judaeorum, & Azimorum sollemnitas determinabatur, ac Sabbati Psrasceve ita in Romanorum Kalendario coincidisse in Martii vigesima quinta, ut eo certius nil appareat, quam quod Salvatoris Mors octavo kalendas Aprilis evenerit.

LIII. Muneri ea propter nostro functi sumus, plura dicere esset prorsus inane, plura addere puerile esset. Ast hominum conditio patitur, ut plerique quin intrinsecis rationibus, evidentibus argumentis ex rei, de qua agitur, natura desumptis, uti cordati est viri, anctoritati potius aliorum, & palponum more fidem praestent relationibus, ideo hominum testimonio indulgentibus faven-dum. Eorum itaque gratia testes adducam omni exceptione maiores, vereor tamen ne aliorum abutar patientia si Cirilli (42) Tertulliani (43) Athanasii (44) Joannis Chrisostomi (45) & Augustini (46) exscribam Testimonia. Unum omninum brevissimum allegabo D. Hyeronimi, & verba recitabo, quae in suo leguntur Martiyrologio „ *Octavo Kalendas Aprilis Hyerosolimae Dominus Crucifixus est. Sexto Kalendas Aprilis Hyerosolimae Resurectio Domini est* (47).

LIV. Nec mentior quidem, nec fallor, si asseverem, hanc esse S. Romanae Ecclesiae, & infallibilis opinionem, quae Sancti boni Latronis anniversariam nativitatis ad coelum diem in suis Fastis, & Maryrologio ponit octavo kalendas Aprilis; crucifixus cum Christo fuit homo iste fortunatissimus (48). Non mentior, si cum Guilielmo Duranti audacter dicam, Pium a D. Petro undecimum, & huius nominis primum, circa secundi regnatum seculi medium fuisse primum, qui sanxerit, ut priori obliterato usu Pascha celebrandi in Martii vigesima septima & mortis Salvatoris memoriam in illius eiusdemque Mensis vigesima quinta, Paschatis Sollemnitas Die semper recoleretur Dominica. Adiciit Auctor, Victorem Pii successorem, quibusdam instantibus Episcopis, ut in fixo die, & stabili mos Pascha celebrandi resumeretur, Pa-



(42) *Epist. ad Synod. Carth.*
(43) *Libr. cont. Judaeos.*
(44) *In Quaest. Evang.*
(45) *In Serm. S. Joan. Bapt.*
(46) *Lib.* 4. *de Trin. c.* 5. *& de Civ. Dei Lib.* 8 *c ult.*
(47) *Ex Beda de temp. rat c.*
(48) *Matth. c.* 27. *v.* 44.

nestinum convocasse Concilium, ibique secundum Angeli monitum hermedoctorali veste apparente, Patres Pii institutionem confirmasse. Quibus narratis, sic concludit „ *Dominus tamen surrexit Sexto Kalendas Aprilis, nam passus est octavo Kalendas Aprilis* (49) (Ff).

LV. Ego vero non sine magni mysterii ratione factum fuisse credo, ut eam Salvator noster elegerit diem, quae in Romanorum Epocha Martii vigesima quinta dicebatur, ut nos ex Solis cursu, Lunaeque motu omnibus perscrutatis temporis affectionibus, quae ad Lancem erant revocanda satis, superque probavimus. His profecto ea, qua potui, resque postulabat, perspicuitate elucubratis, Divinae Sapientiae injuriam afferre putarem, nisi ineffabilis coelicae Providentiae vos esse contemplatores vellem, quae magno artis eximioque consilio, & omni elogio majori diem illam selegit, tantisque ornavit fulgoribus.

LVI. Non casu accidit; ut Deus homo pateretur in die Plenilunii, & in quo Aequinoctium renovatum fuit. Non casu accidit. Dei namque perfecta sunt opera, & omnes viae ejus judicium (50). Decebat, ut Redemptoris Passio, qua Mundus renovabatur ad gloriam, fieret in die, in qua tempora renovabantur Creationis. Ut de-

(49) *Durant. in Rat. D. Off. L.*5. *de* 5. *die Pasch:& Lib.*6. *de Annunc.*

(50) *Deuter. c.* 23. *v.* 4.

(Ff) Cl. P. Suarez in suarum Operum Tom. 17. pag. mihi 349 hoc pertractans argumentum moralibus tantum adhibitis rationibus, dicit probabilius esse Jesum mortuum fuisse octavo Kalendas Aprilis, & varia referens Scriptorum placida concludit „ *De Passionis die, neque ex Historia, neque ex Astronomia, quid certi asseri posse, quia in Auctoribus est VARIETAS MAGNA*. Ast parum, quin immo nihil haec Auctorum *varietas magna*, de qua ipse plus justo conquaeritur, illi obfuisset si nobiscum etiam physicis quaestionem pertractavisset argumentis. Equidem haec nostram illustrarunt demonstrationem. Adiri potest, ut Auctorum legantur nomina, eo magis quia nulla a nobis eorum relata fuit opinio, quia nihil ad rem proderat.

Melius ad veritatis apicem accessit Natalis Alexander, qui ad suae propositionis probationem dicit tantum in anno vulgaris Epocae 33, quae nobis est 34 aetatis quidem Christi, in Feria sexta Martii 25 Plenilunii diem Judaeis accidisse, dies Lunares calculantibus non a puncto Astronomico phasuum, & a nova Lunae apparitione, ex quo nobiscum sentit, unius aut alterius diei variationem posse oriri.

cebat, sic factum; vetere abrogato testamento, vetera recesserunt tempora.

LVII. Comparate mecum tum Creationis, tum Redemptionis divinas operationes, & certiores eritis, Passionis tempore Creationis ordinem fuisse renovatum. Primo creationis die, scilicet sex dies ante quam Deus requievisset ab omni opere, quod patrarat, praeparavit omnipotens primordia Mundi (51). Sex dies ante Passionem se ad mortem praeparavit Christus, permittendo, ut ungeretur a Maria (52). Quarto creationis die, quae mundi tenebras dissiparunt, Luminaria magna facta sunt (53). Quarto suae Praedicationis anno Sol Justitiae in crucem exaltatus peccati destruxit caliginem, & hominum corda illuminavit. Feria sexta Homo plasmatus fuit: (54) & in eadem feria peccavit, voluptatis locum amisit in terra, & gloriosam perdidit coeli haereditatem. Feria sexta mortis Chirographum Christi Sanguine fuit deletum; & genus humanum nova pace donatum, aeternae gloriae munus recuperavit (55). Admiramini providentiam, immensam glorificate Sapientiam (Gg).

LVIII. Sed haec non sunt omnia. In Mundi creationeprima dies fuit initium temporis (56). In Mundi reparatione Feria hebdomadae prima initium dedit gloriae hominibus, & finem passibilitati Christi, qui in prima Sabbatorum redivivus ab inferis resurrexit (57). Nostras opportune Hugo a S. Victore partes prosequitur. „ Eadem die „ inquit „ Christus Deus pati voluit pro „ homine, in qua homo expulsus est e paradiso, &

(51) *Gen. c.* 1. *v.* 1. & *seqq.*
(52) *Joan. in Ev. c.* 1. & 2.
(53) *Gen. c.* 1. *v.* 14. *ad* 24.
(54) *Gen. c.* 1. *v.* 26. *ad ultim.*
(55) *Evangg. cit. in* §. 45.
(56) *Gen. c. loc. cit.*
(57) *Evang. cit. loc. cit.* & §. 41.

(Gg) Feria sexta fuisse Adam e Paradiso voluptatis ejectum, nemo est, qui negat. Magna tamen inter Theologos contentio est circa in Paradiso incolatus durationem. Multi plausibilibus rationibus concludunt, eadem creationis die Prothoparentes fuisse expulsos; inter hos est Beda, Marianus, Schotus, & plurimi alii apud Tirinum Tom. I. in Chronico Sacro cap. 48. concl. 5. ibique mansisse per horas septem, aut per novem. Gerv. Tiliberin. Lib. de otiis imperialib. decis. 1. Abulen. in cap. 13. Gen. quæst. 606. Alii vero dicunt per plures dies fuisse Paradisum habitatum. Pererius; & Frassen hanc opinionem sustinere nituntur. Alii alia dicunt. Unusquisque abundet in sensu suo, quia nostra non refert.

„ in eadem die hominem redimere placuit, in qua hostis eum Ligno deceperat. Ars ut artem falleret, & „ medelam ferret, hostis unde laeserat „ (58).

LIX. Magna sunt haec, & omni admiratione digna. Enim vero in his omnibus rei magnitudo non consistit, admirabiliora adsunt alia. Domino moriente recesserunt vetera, omnia recesserunt perfecte completa. Perfectus Solis cursus; perfectus Lunae motus. Perfecta Christi aetas (Hh): Omnia facta sunt nova. Glorificata Christi humanitas, redimita hominum libertas, & gratia. Renovatus Solis cursus, renovatus Lunae motus: Non desunt quidem argumenta clarissima Solem, quo primum prodiit moveri incoepisse ex eodem, ubi adstabat, loco, quando tenebrae factae sunt in meridie, & petrae scissae sunt ob Dei-hominis mortem.

LX. Et re quidem vera, quaedam congruentiae vis, nos credere impellit, Solem in arietis signo, unde vernalia nobis Aequinoctia fiunt moveri incoepisse. Ubi enim Solfons lucis nidescere incoeperat vagus esse non debebat, sed Zodiaci potiorem occupasset locum, decebat. Qui vero in eo commodior prae arietis signum, vel librae? Ex alterutro inter lucem, & tenebras aequalitas. Sed arietis, ex quo tempestatum dulcior, & ex quo Prothoparentes mollieribus fovebantur auris, ne terrena rerum exordia austerioris pondus afferret rigoris, & ne torrentis oestus injuriam sustineret. Quare merito S. Ambrosius dixerat „ *Inde oportebat mundi exordium capi, unde nobis erat verni temporis* (59).

LXI. Non dicam id ipsum abs universali Astronomorum usu incipiendi annos ex verni Aequinoctii regressu confir-

(58) *P. Bongius de Mist.Num.*6. (59) *Lib.* 1. *Examern. c.* 4.

(Hh) Servatorem nostrum Jesum hora nona expirasse unanimiter Evangelistæ testantur. Eadem vero hora purissimum ad Matris sinum B. M. V. e Coelo descendisse incarnandum multis argumentis illustrata Patrum pia opinio est. Aliis omissis, una me ratio impullit. Et re quidem vera, cur numero imperfecta temporis esse debebat Christi humanitas? Non opinor ideo, sed sentio, nec me mea, credo, fallit sententia, Christum in ultimo suae aetatis anno expirasse, ita ut nec momentum defecerit quaterno supra trigesimum anno. Si enim in eadem, qua incarnari dignatus est die, mori voluit, cur non eadem diei hora? Cur non eodem horae momento.

mari. Non ex constanti omnium saeculorum traditione, & omnium gentium consensu. Non adducam Virgiliom sic de vere canentem.

„ Non alios prima crescentis origine Mundi
„ Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem,
„ Crediderim. Ver illud erat, ver magnus agebat,
„ Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri
„ Cum primum lucem pecudum hausere, virumque
„ Ferrea progenies duris caput extullit arvis,
„ Immissaeque Ferae Silvis, & Sidera coelo
„ Si non tanta quies iret, frigusque, caloremque
„ Inter exciperet coeli indulgentia terras (60).

Praeteribo Nasonis relationem de primoevis Romanorum annis, qui propter Naturae renovationem Romuli Sanctione vernali tempestate exordium habere consueverunt.

„ Qui sequitur Janum veteris fuit ultimus anni
„ Tu quoque Sacrorum termine finis eras
„ Primi enim Jani Mensis, quia janua prima est,
„ Qui Sacer est imis manibus imus erat.
„ Omnia cum florent, tunc est nova temporis aetas,
„ Et nova de gravido palmite gemma tumet.
„ Et modo formatis operitur frontibus arbos
„ Prodit, & in summum seminis herba solum.
„ Et tepidum volucres concentibus aura mulcent.
„ Ludit, & in pratis, Luxuriatque pecus.
„ Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo
„ Et Luteum celsa sub trabe fingit opus.
„ Tunc patitur cultus ager, & renovatur aratro
„ Haec anni novitas jure dicenda fuit (61).

Omittam, quod affirmat Auctor historiae Ecclesiasticae Mundum in Martio fuisse creatum dogma esse, sicque omnium consensu fuisse declaratum in Concilio Panestino de mandato Victoris Papae a Teophilo Cesariensi Episcopo congregato (62). Hoc Concilium est, de quo ex Duranti supra meminimus §. LIV. Omittam omnes, qui ex eodem argumentantur Concilio (63). Non referam Patrum, Doctorumque argumenta, quorum no-

(60) *Georg. lib.* 1.
(61) *Fast. lib.* 2.
(62) *In Hist. Lib. Gen.*
(63) *Paravic. in Polim. S. Canon.*

mina citant Tirimus (64) non quae inter recentiores Beyerlinch (65) Frassen (66) Boyin (67) Depesquier (68) Goudin (69) & alii Divina enim ubi adsunt testimonia, allegare humana, nefas, & empietas est.

LII. Sed quid? Vos costernamini audientes Solis creati anniversariam diem a sacris eloquiis innui illam, in qua vernalia aequinoctia redeunt. Non estis, me ercule, ad incredibilia provocati. Frustra Costernamini. Nonne Deus Pascha jubens, sic Moyisen allocutus est „ *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni . . . . Primo Mense quarto decima die mensis ad vesperam comedetis Azima usque ad vigesimam primum Mensis ejusdem ad vesperam* (70) Nonne Principium Mensium fuit principium generationis humanae, & initium temporis? Verba illa „ *Mensis hic vobis principium Mensium* non sunt frustranea, nec Deus infinita Sapientia praeditus inanibus utitur verbis, sed mirabilia sunt omnia eloquia ejus, quare quoniam in verbo dei scripto, omnia quae scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt (71) ideo necessario inferendum, Generationis humanae principium, temporis & rerum initium fuisse in Mense Nisan, quia hic ex Sacro Textu mox recitato fuit principium mensium, & primus in Mensibus anni, ut pariter a Moyse ratum fuit in Levelico, ubi praeceperat Pascha fieri in Quarta decima Mensis primi. *Mense primo quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est* (72). Argumentum hoc mutuati sumus a D. Gregorio Natianzeno, qui eadem perpendens Sacrae Scripturae loca, sic conclusit „ *Archanus* est sermo, hoc tempus esse, quod Deus universam condidit molem „ (73) (Ii).

(64) *In Chronol. Sac. Tom.* 1. *c.* 9.
(65) *In Theatr. vit. hum. Tom.* 5. *Verb. Mundus.*
(66) *De Mundo Q.* 3. *Concl.* 7.
(67) *T.* 1. *Theol. q.* 1. *in fin. de Cr. Num.*
(68) *T.* 4. *Phil. Disp.* 1. *de Mundo.*
(69) *T.* 3. *Phisic. q.* 1. *de Mun. Art.* 2. 91.
(70) *Exod. c.* 12. *v.* 2. *&* 18.
(71) *Exod. c.* 2. *v.* 18.
(72) *Levit. c.* 23. *v.* 5.
(73) *Serm. in Pasch.*

(Ii) Reponent aliqui Mundum fuisse autumnali tempestate conditum, ex eo quia Segetes, & fructus maturos protho-plastee invenerunt. Sic opinantur S. Hyeronimus, Tostatus, Schaligerus, Petavius Usserus, Torniellus, Straudius, ac multis omissis aliis Fortunatus a Brixia, ac tan-

LXIII. Rationi consonum mihi videtur, Lunam undique splenditam, non gibam, non falcatam Adae apparuisse non lumine viduatam. Propter quod voluisse Deum opinor, ut non in prima, sed in quinta decima Mensis primi, & in Plenilunii verno aequinoctio proximioris regressu Azimorum Sollemnitas veri Agni immolationem praefigurans celebraretur, ut inde in Mundi reparatione Sol, & Luna eodem essent statu, quo fuere a principio. Hac de causa post egressum ab Aegypto iterum Deus jussit, ut potior repristinaretur ordo incohandi annos a mense Nisan, quem Judaei, ut se in captivitate Aegyptiorum accomodarent modo perverterunt. Sic iterum fieri voluit, ut ineffabili dispositione Redemptionis oevo quasi in speculo Creationis ordo conspiceretur. Quis nam non videt in Redemptionis die quomodo fuerint tempora disposita, ut temporis causae Domino moriente fuissent, sicut erant a principio? Nihil tandem amplius de hoc expectate; nihil mihi dicendum superest, nisi finem cum Gregorii Cedrani verbis

dem nuper totis viribus tueri nisus est Lyranus de Seraphica Familia Theologus. Ego vero si ad eam definiendam litem judex essem statutus ex Cosmographes doctrina, ex Orbis rotunditate, & Coelestium corporum systemate dicerem, in primo creationis instanti, prout continuatur adhuc omnes simul tempestates extitisse, non loci, sed temporis simultate, uti, continuo accidit, nam cum nobis ver est, aliis est autumnum, hyems aliis, aliis aestas. Si vero quaestio; Quanam prius Adam fuerit gavisus tempestate? Ad hanc definiendam multa prius vellem digesta. Equidem ex Paradisi fructibus parum inferri posse arbitror. Paradisus namque voluptatis primus Adae incolatus locum praeter naturalem significat. Quid ergo mirum, si perenniter maturis locupletatus fuisset fructibus? A fide dignis Historiagraphis, & a Parisiensis Accademiae Emissariis ingenuis itinerum suorum relatoribus habemus aliquibus in locis bis fructus, segetesque bis colligi in anno. Quid mirum si voluptatis Paradisus semper fructuum perennitatem habuisset? elegantior ibi providentia. Ex Paradisi ergo natura, & statu nihil inferri contra nos potest. Quis nos reddit certiores de Adam in Paradiso incolatus duratione & epocha? Quid inde si etiam extra Paradisum Adam in exilio fructus statim, & illico collegerat? Nam utcumque sit, datur sciscitandi locus, ubi Adam exul erat? Eruditi omnes conveniunt in Mesopothamia, quæ est nobis è diametro, & quando nobis ver: illis autumnum est.

Si vero quæstio institueretur, in quo fuerit signo conditus Sol, audacter dicerem in arietis signo. Sic docente Scriptura, sic insinuante ratione, sic Mundi machina exigente, sic prothoparentum necessitate, & indigentia exoptante ut statim vesci possent, ibi autumnalibus fructibus, dum in Eden non est ver quando Sol est in arietis signo.

huic elucubrationumculae denique dare ,, est quinta de-
,, cima dies primi hebraeorum mensis, qui Nisan ab
,, his dicitur eadem, ac vigesima quinta ejus mensis,
,, quem Romani vocant Martium. Ea die divina nostri
,, Salvatoris conceptionem castissimae Virgini Dei Ge-
,, nitrici Mariae Gabriel Angelus salutatione denuncia-
,, vit. Eadem die unigenitus Dei Filius ineffabili mo-
,, do luce vigesima quinta Decembris natus omni suo
,, functus officio de cruce pependit, Mundumque reno-
,, vavit (74).

(74) *In Compend. hist. Videsis etiam Niceph. Cardan. L. 2, c. 32.*

CRITICO - HISTORICA
CHRONOLOGICO - ASTRONOMICA
DISSERTATIO
DE VERA TEMPORIS RATIONE

PARS ALTERA

In qua ostenditur Feriam ultimam complectentem naturalem anni ab O. C. 4043 diem, & primum subsequentis fuisse Christi Passione decoratam.

LXIV. Exegeram hasce, quas nuper dederam elucubrationes, easque quaequae sint, exscribenti mihi, & ad cultiorem utut potueram reducentis formam, qui legebant, accessit amicorum imperium, ut quo post creationem anno illam Mundus a Patribus optatam, a Prophetis praedictam, a perfidis Judaeis hucusque expectatam, & in salutaribus suis a nobis effectibus expertam temporis plenitudinem viderit ocia, ad inquirendum darem. Et propter necessitudinis effectum, & propter obiecti nobilitatem lubenter rem suscepi tractandam, eo vel magis quia nobile hoc Problema, licet a multis discussum, multis adhuc scadet umbris, & quamvis pro illius enucleatione non leviter elaboraverint multi, & sapientia, & sagacitate illustres, hucusque tamen manet insolutum.

LXV. Dissitae opiniones, & variae Cll. virorum sententiae circa annum, quo a creatione sua Mundus viderit diem, quam fecit Dominus pro humani generis redemptione, innuunt, Epocharum perscrutatores, vel mala adhibuisse principia, vel bona male tractasse, praesertim qui a Dionysio recedere maluerunt. Nos vero eadem ne afficiamur nota in Scenam non adducimus, quae propter alios prodierunt. Etsi in tanti momenti negocio quam falli facile sit, non ignorem, fore tamen spero nova arte, novaque industria tantis quaestio ambagibus im-

plicata, evidentiae appuliat portum, & olim numquam solutum Problema enodatum tandem consurgat.

LXVI. Ne praeter rei necessitatem verba faciamus, principia, quibus nova arte novaque contexitur methodo nostra haec demonstratio coram exponere volo. In priori itaque parte omnibus viribus a tribus hisce temporis circumstantiis in una, eademque concurrentibus feria scilicet Aequinoctii, Lunae decimae quintae, & Sabbati Parasceve regressibus, ac renovationibus characteristicas diei Passionis proprietates constitui, rationemque reddidimus, cur Deus-homo pati voluit in Feria hebdomadae sexta Aequinoctio, Plenilunioque decorata, ut scilicet sicut fuit a principio, quando facta sunt omnia eodem armonicus Coelorum motus esset statu, dum prothoparentum ferax culpa reparabatur. Nihil nunc ultra pergam, nisi ut diem in medio ponam, quae tribus hisce affecta proprietatibus aeque a creationis die sit distans, ut primus Adae fuit ad ultimum non adhuc glorificatae humanitatis Salvatoris diem, & ad illum, in quo Redemptor fatalis peccati poenam resarciit.

LXVII. Haec omnia uni congruere feriae debent, ut Passionis Dominicae, nostraeque salutis dies dici queat. Tota ergo nostra erit industria, ut inter primum Adae, & ultimum aetatis Christi in carne viventis diem investigemus aequaliter, proportionaliterque a primo distantem, ut est summa temporis a primo creationis instanti, ad ultimum Christi aetatis decursi, quae in hebdomadali periodo fuerit sexta, ac Plenilunium, & Aequinoctium verna in sua naturali extensione viderit renovata.

LXVIII. Enim vero quoniam ex Lucae testimonio ab Adam ad Salvatorem septuaginta septem numerantur generationes, & Patriarcharum nomina leguntur (1). Feria tribus istis proprietatibus proponi debet suffulta a creatione remota, ut fuit a primo Adae ultima mortalis vitae Christi dies. Quare quater millesimum quadragesimum tertium proponimus annum, demonstraturi in ultima illius feria immaculatum reparationis nostrae Sacrificium fuisse oblatum ab eo, qui in humana hypostatice assumpta natura septimus ab Adam, & septuagesimus fuit.

(1) *In Ev. cap.* 3. *v.* 23. *ad* 28.

Illam proponimus, quia a temporis principio distetit, ut è converso primus Adae dies remotus fuit ultimo Christi, & ultima fuit feria, in qua Plenilunii & Aequinoctii vernalis renovationes coivère.

LXIX. Ad eam, quae intricatior disquisitio est manum apponentes probare festinemus, annos quatermillenos quatraginta tres generationibus septuaginta septem ab Adam ad Christum praeteritis suppares esse. Sed quia non desunt, qui cur Deus omnipotens, & infinitae misericordiae miserator Dominus excogitatam post exitialis culpae provisionem ad generationem septimam & septuagesimam distulerit, scire malunt, ideo hujusmodi Sacramentum, quo licet, investigare non abs re erit. Cui ocius fiet satis, si cum Alcuino dicimus. „ Ipse Jesus ab „ Adam secundum Generationes, quae in S.Scriptura com- „ memorantur septuagesimus septimus invenitur,promul- „ gatam septuagies septies in Lamech vultionem ut ter- „ minaret „ (2).

LXX. Profundiori ingenio hoc generationum mysterium sciscitatus etiam D. Augustinus fuerat, rationemque reddidit, cur peccatum Lamech generatione septuagesima septima per Salvatoris mortem fuerit vindicatum, facinus, vero Cain generatione septima per Cataclysmum vultionem dederit. Doctoris Sacri haec est expositionis summa, quae omnem nostram expostulat attentionem. Ad id animadvertendum primum insinuat, quod septuagesimus septimus numerus a septenario, & undenario se invicem multiplicantibus producitur. Horum primus ab ipso S. Doctore tamquam hominis naturam, & essentiam typus repraesentans accipitur, alter vero transgressionis, & peccati symbolus ponitur.

LXXI. Hominis naturam a septenario numero obumbrari S. Doctor dicit, quia a ternario, & quaternario simul sumptis conficitur, quorum primus spiritualem hominis naturam memoria pollentem, intellectu, & voluntate symbolice exprimit; alter vero quaternarius, corpoream ex quatuor elementis aere, igne, aqua, & terra plasmatam exhibet.

LXXII. De undenario vero sic ratiocinatur. Sicuti denarius hominis beatitudinem, perfectionemque significat, quae numquam, nisi Dei voluntati per decem Degaloci

(2) *Ex Bongeo in num.* 77.

praecepta sufficienter manifestatae obtemperando obtineri potest, sic undenarius a perfectionis termino excedens superbiam innuit, atque obsignat, quae manet in peccatoris corde exoptante aliquid aliud supra beatitudinem, & ultra propriam conditionem assequi, quod numquam obsineri potest.

LXXIII. Dein sic prosequitur Augustinus: Ex Adae culpa perenni criminum fonte duo emanarunt peccatorum genera remissibilium unum, irremissibilium alterum. Irremissibilia quoniam suberbiae foeta, & corruptae pervicacium hominum naturæ gesta, septenario numero in se primo, & indivisibili comparantur, quia propriam peccatores non detestando malitiam, nec pro illis veniam petendo, quasi illorum non sit vindex Deus, numquam misericordiam merentur, qua propter quia a propria non separantur malitia septenario sunt similia, qui numquam aequaliter dividi potest. Irremissibilia Deus detestando in Cain generatione septima vindicavit, cum se fecisse hominem poenitens filios carnis, & superbiae aqua submersit, eorumque genus per cataclysmum destruxit. Vae itaque Cain sectatoribus! Vae detestabilia peccata committentibus, & veniam detestantibus! Vae quibus placet non mentem Dei legi, sed legem Dei suis adinventionibus accomodare! Cain sectatores appello, qui ut inquit D. Augustinus (3): Nimis perverse se ipsos amant, & omnes coecos volunt, ut errores sui lateant. Heu miseris, qui sibi, & suis propter pervicaciam nimis nocent, & malum dicunt esse bonum, nisi ipsi propriam detestentur superbiam, per quam lupi rapaces facti, agnos dilaniare in deliciis habent. Sed ad nostram redeamus spartam.

LXXIV. Peccata remissibilia, & Lamech reatu simillima, prosequitur D. Augustinus, quoniam ea per pœnitentiam, humilemque detestationem a propria secernuntur malitia, ut in Lamech, qui ob confessionem Deo factam venia fuit dignatus, septuagesimo septimo comparantur numero, qui a suis productoribus secerni potest, & reduci in septem hominis, & undecim superbiae symbolis, septuagesima septima generatione redempta a Dei ira fuere, & a propria poena separata per immaculati Agni mortem, qui formam servi accipiens,

(3) *Epist. 7. ad Marcellinum pag. 7. T. 2.*

& similitudinem peccatoris septuagesimus et septimus ab Adam fuit in Mundo conversatus, ut se propitiationis, & holocausti pro nobis Sacrificium Deo offerret.

LXXV. Haec plausu digna mihi videntur, & tanti Doctoris laudabilis reputatio, ac sagax perpensatio satis ostendens causam cur septuagesima septima generatione Mundus fuerit redemptus; & cur vultionem in Lamech promulgatam septuagesima septima generatione parcendo revocaverit, qui peccatoris mortem non vult, sed ut convertatur, & detestando superbiam, humilitatemque sectando vivat in aeternum propter illius immolationem, qui ab aeterno genitus, & egressus e coelestis sinu Patris se propitium obtulit Sacrificium. De numerali hoc mysterio alia si plura scire cupitis adite Augustinum, (4) adite Athanasium (5). Quae per compendium ex eodem Augustino innuimus, nobis sufficiunt, nam hoc unum perscrutari oportebat, quod Redemptor noster Jesus septuagesimus septimus fuit ab eo, qui plasma fuerat Dei.

LXXVI. Nunc rei ipsius, de qua agitur natura exigeret, ut ex omnium Patriarcharum aetatibus calculus institueretur, per quem omnium annorum summa a primo Adae ad ultimum Christi colligi posset. Lubenter tamen laboriosissimam investigationem, & vere inutile opus duabus ducti rationibus omittendum putamus.

LXXVII. Equidem per aetatum Patriarcharum omnium seriem, numquam certa, & temporis determinata quantitas haberi poterit. Quis enim inter patriarchalis Prolis ortum, & Genitoris aetatis finem mensium interpolationes, intervallaque dabit? Centesimo trigesimo suae aetatis anno Adam genuit Seth (6). Nescimus omnes, an Seth genitus fuerit in ultimo, vel in medio, vel in primo illius anni mense. Ast interpolantium horum mensium in computo esset habenda ratio, ne error exurgere aliquis posset. Quod in Seth accidit in Patribus reliquis offenderemus. Tanta igitur arte, & ea mentis perspicacia per Patrum geanologiam progredi volentibus opus esset, quanta ad impossibile, vel superandum vel perficiendum exigitur. Quid itaque mi-

(4) *In Quæst. Evang. c.* 6.
(5) *Quæst. c.* 96. *&* 107.
(6) *Genes. c.* 5. *v.* 3.

rum si multi multas dederunt annorum summas, adeo ut S. Hieronymus in epistola ad Titum fassus sit, circa annum ab O. C.; in quo Mundus suscepit Salvatorem tot effluxisse epochas, quot compilantium capita. „ Inter eos „ verba sunt S. Doctoris „ qui ex hebraico fonte numerum dederunt annorum mundi vix „ unus reperitur vel alter, qui alteri proxime consentiat „ (7). Quae ergo tanta industria? Proxime ad verum annum accedere possemus, certum tamen, verumque, nisi casu assequeremur. Ocium igitur inutile, & importunum (A).

(7) *In commend. Ep. ad Tit. c. 3.*

(A) In disquisitione hac quam maxime errassent multi ex Epocharum numero videatur doctissimus P. Fortunatus a Brixia in sua Philosophia sensuum mecchanica Tom. 2. Tract. 1. Disert. 4. Sect. 7. undeviginti epochas, & illarum Auctorum nomina referens. P. Ferrari in sua prompta Bibliotheca Canonica &c. in verbo *Mundus* art. unico epochas ab O. C. exscribit in num. 64. In his non invenies, quae fuit Erasmi Rinaldi volentis Incarnationem anno 3962 evenisse, nec Joannis Pici statuentis annos 4062. Non Joannis Lucidi computantis annos 3950. Desideratur etiam ibi Epocha annorum 3958 proposita ab Alexandro Sculdeti Auctore annalium omnium fere Principum, & nationum. Sed quid alios recensebo? Eorum ocium laudandum, non fructus capessendus.

Omnes errarunt, sed non somniarunt, ut annalium Siuentium fabellas componentes. Errarunt omnes, ast contra S Historiam non blasphemarunt, sicuti, qui non sibi, sed aliis persuasum volunt, Antediluvianorum annos suppares Periodicis Mensibus Lunaribus fuisse ita ut dies 27 anni unius Antediluviani fuerit summa, & annus unus noster ex illis 13. fere annos æquaret. Risum hinc teneatis amici, dum uno vocis hiatu illorum omnia destruuntur commenta. Enos aetatis suae anno nonagesimo genuit Cainan *Genes.* c. 5. v. 9. Ergo si illius aetas annorum 90 constituta erat a mensibus periodicis Enos mense vitae suae nonagesimo genuit Cainan. Anni illi 90 mensibus aequales ad normam nostrorum annorum dimensi annos septem cum dimidio conficiunt, dicite octo: hinc sciscitandi mihi occasio fit: Gignendi ne virtus prius in Antediluvianis explodebatur, an in nobis? Pubertas ne illis manifestabatur citius, quam nos nostrosque coævos foveat? Falsa ne tot seculorum quotidiana experientia dictitans aetates abreviari, puerilitatem citius nunc, quam olim, illis exceptis, qui etiam in canitie pueri sunt, diminui? Nonne nunc ad virilitatem citius acceditur? Quo vero experientia haec docebit, si Antediluviani aetatis anno octavo gignebant? Nostro in ævo, in quo cum belluis sensualis felicitas contenditur, octeni ne sciunt quidem quid sit gignendi facultas. Putide ergo cogitant, qui talia fantur.

LXXVIII. Altera vero ratio est quia ad inveniendum, quo post Mundi creationem anno Verbum Patris carnem assumpserit si ex Patriarcharum serie, & ex Sacra Historia comparare vellemus, operam mutuaremur alienam. Binas namque habemus annorum Mundi summas ab aliis comparatas, quae ad verum accedunt annum. Ambae opitulante Astronomia, vestro sine magno labore (magnus noster fuerat, ast Deo favente non cassus) moderatae exquaesitum reddunt annum.

LXXIX. Sentit Usserius, cui Pagius, Lancellottus, Julius Schaliger, aliique ex recentioribus perillustres Chronistae subscribunt anno ab O. C. quatermillesimoquinto Dei Patris coaeternum filium hypostaticam Dei-hominis naturam induisse. Sentit Beldfort anno septimo post quatermillesimum Servatorem Jesum a Virgine Matre Maria fuisse conceptum. Sic contendit in sua, quam inscripserat. „ Scripturalis Chronologia „. Passionis annus ex Usserio fuit quatermillesimus trigesimus octavus, ex Beldford quadragesimus primus post quatermillesimum. Hoc erit manifestum si utrique serieri triginta quatuor Aetatis Christi supperaddantur anni §. IV. ad XV. Ex his neuter cessarat in feria sexta, & cum Plenilunio. Passionis ergo annus neuter dici potest.

LXXX. Defecit usserianus computus, defecit beldfortina supputatio. Cur defecerunt? Quia unicis credo utique, solisque Chronologices, Historiaeque telis heroes isti ad problematis hujus spartam oppugnandam descenderunt. Si cum iis, quae astronomia suppetitat arma bellum cieissent, mihi victoriam captandi non cessissent locum. Quare opportunissima hic accedente occasione, id non praetereundum reor, quod pro mea, qua impecilli polleo cognitione, quasi mihi dogma sit, in hac disceptatione Chronologiam sine Astronomiae praesidiis esse sicuti sine ulmo vitis. Si Deus, Deus ipse Solis Lunaeque motus pro norma amussique dedit ad dimetienda temporis spatia, cur a nobis obliteranda? haec duo Luminaria magna fecit omnipotens, non ut nocti solum, & diei praessent, utque Lucem a tenebris dividerent, sed etiam ut essent in signa, & distribuerent tempora in dies, menses, & annos, ut ab ipso Moyse testatur in Geneséos capite primo (8). Suos, ut

(8) *Genes. c. 1. v. 18.*

ipsis lubet, ad evidentia apicem Chronistae computos extollere conentur, suspecti semper mihi erunt, nisi Solis, Lunaeve motu confirmentur, nec ultra illos probabilitatis limites dignabo.

LXXXI. Non multum itaque fallimur, si proponimus annum quatermillesimum decimum Incarnationis mysterio decoratum, parum namque ab Usserio, parum a Beldfort discrepamus. Quid vero vobis videbitur, si datum annum non esse absolute nostrum, sed longe ante propositum a Chronistarum principe Dionysio exiguo, qui Seculo quinto, & sexto Christi vivens anno septimo sexti Seculi suam Christianam Epocham ab hoc orbis conditi anno instituit, manifestum faciam?

LXXXII. Huic, qui est Chronistarum omnium antiquior, Passionisque tempori proximior, omnis esset fides adhibenda, utpote seniorum traditionibus instructissimo. Nos tamen non propter haec illi cedimus, sed cedimus, quia verum assecutus fuerat annum & quem proposuimus, si illius non fuisset, dicerem etiam illum fuisse Passionis annum, quia suppar Usserianae, & Beldfortinae summae annorum aetatum septuaginta septem, & quia in Feria explicuit ternas Dominicae Passionis diei proprietates habente. Et quamvis non ignorem, propter male Dionysium interpraetantium culpam multas nunc Dionysianam epocham pati calumnias, quas si referre vellem, multis implicarer, multumque aberrarem a scopo, epocham tamen vindicatam puto Cyclis non adhibitis quibuscumque, si tantum per Solis, & Lunae cursum demonstrabimus, ultimam propositi 4043 anni Feriam fuisse in hebdomada sextam Plenilunio aequinoctioque decoratam.

LXXXIII. Quidquid de chronistarum discrepantia sit nobis non calet, cum ex accuratioribus omnibus hoc unum colligatur, annos ante Christum natum paullo supra quatermillenos fuisse; nos namque putamus Incarnationem ab annis quatermillenis & novem praecessum, hocque mysterium evenisse primo die anni decimi post quatermillenos a Mundi origine. Quia vero in superiori parte demonstravimus Christum Jesum anno aetatis suae trigesimo quarto passum fuisse §. VIII. ad XXV. consequitur, Dei-hominis mortem accidisse ultimo die quadragesimi tertii supra quatermillesimum ab O. C. an-

num. Hoc ut demonstretur, duo debent evinci, annum scilicet datum in Feria cessasse sexta, & in ea Plenilunii coivisse diem, nam anni naturales semper cum Plenilunio cessant vernali.

LXXXIV. Ad intricatiorem quæstionem ulteriori omissa mora ocium apponamus, ut tum Solaris, tum Lunaris temporis comparatione facta, ad ostendendum properemus ultimo quatermillesimi quadragesimi tertii anni die Judaeos Pascha illud concelebrasse, quod finem dedit umbris, & veriora adduxit Sacramenta. Ex iis itaque, quae in superiori parte delibavimus meminisse potestis, Solem in vernalium Aequinoctiorum sede fuisse creatam §. L. ad LII. Lunamque illi oppositam e diametro fuisse §. LII. ad LIII. Mementote ibi omni fuisse jure conclusum, anni tropici Solaris terminum esse ejusdem Aequinoctii renovationem, Lunaremque annum compleri per Plenilunii Aequinoctium subsequentis novam phasim.

LXXXV. His ad memoriam revocatis, totam a primo Lunae creatae instanti ad Plenilunium quatermillesimo quadragesimo tertio terminum praebens temporis spatium dimetiamur. Et quoniam ut nostis verior, & aptior norma ad tempus Lunare dimetiendum est Meteonicus Cyclus, ideo ut temporis hujusce quantitatem, dierumque numerum assequamini, primo in limine inquirite quot a primo creationis instanti ad finem usque anni propositi Lunares Cycli effluxerint, & quoties Enneadecteris suas renovaverit periodos (B). Ego vero jam haec noveram, quapropter hujus operationis curam parcendam putans, quidquid se mihi fecit obviam vobis inspiciendum dabo. Scitote itaque, id divisionis ope fuisse inventum, quod anno cessante quatermillesimo quadragesimo tertio ab O. C. cessaverat etiam annus decimus quintus Cycli Lunaris, post quam a Lunae constitutione suas per vices biscenties duodecies compleverat rennovationes. Invenimus nempe Enneadecterem biscenties duodecies renovatum in anno vigesimo octavo super quatermillesimum cessasse & novam illius periodum inco-

(B) Ne aequivocatio aliqua subrepat recordamini Cyclum Lunarem posse pro temporis mensura incipi a quocumque anno, a quo proposita incipit temporis progressio, dummodo servetur ratio vigeni ad vigenum, uti fusius diximus in Nota (M), sub §. XXVII.

hasse cum anno quatermillesimo vigesimo nono. Et quoniam ab anno vigesimo nono inclusive, ad quadragesimum tertium quindecim intercedunt anni, merito conclusimus, dictum annum quadragesimum tertium post quatermillesimum, fuisse decimum quintum Enneadecteris, qui tunc in cursu erat. (C)

LXXXVI. Ex his quis non videt, ad totius quantitatem temporis Lunaris inveniendam, cumque totidem Solaribus annis investigandam relationem viam stravisse? Res itaque ut ordine procedaret, conputum disposuimus per partes. Scientes vero quamlibet Enneadecterem citius renovari, quam undevigenti tropici anni intervallo horarum duarum §. XXI. cum nota (J). excessum ipsum bis centies duodecies sumpsi, ac in unam redegi summam, quam duodeviginti aequalem diebus inveni. Quare conclusum, annum quatermillesimum vigensimum octavum per Plenilunii renovationem terminum tetigisse post dies decem & octo a fine solaris quatermillesimi vigesimi octavi (D).

LXXXVII. Quaestio, quam tractamus maximi cum sit momenti in his non acquievimus animum, sed eamdem relationem alia industria inquirere sategimus. Annorum quatermillenorum, & viginti octo tropicorum tempus reale per dies, & horas, ac momenta numeravimus, & eorum summam dierum numero 1471197 supparem invenimus. Eadem processimus via, ut a Lunae motu confectum in iisdem annis tempus novisse possemus, atque a dierum numero 1471214 exponi comperimus, idemque dierum duodeviginti intervallum inter utriusque temporis renovatibus compeximus. (E).

(C) Annus, qui in quaestione est a numero 4043 expositus divisus per 19 exponentem Enneadecteris annos, scilicet 4043 . 19 = 212 15/19 dat renovationes 212, & per residuum 15/19 innuitur eo in anno Cycli numerum fuisse 15. Idem visitur, si fiat 212 X 19 = 4028 † 15 = 4043'

(D) Vidimus in superiori data Nota (C) sub §. 85. ab initio Creationis ad finem anni lunaris 4028 Enneadecterem renovatum per vices 212. Vidimus etiam in Nota (I) sub §. 21. Astronomicum Lunare tempus in quaqua periodo esse majus excessu hor. 2 1' 28'' 5''' X 212 = horis 429 11. 13'' 40''', a quibus dies dantur 17 21 11' 13'' 40''' anticipationis in annis 4028.

(E) En alia methodus inquirendi relationem temporum in datis annis 4043.

LXXXVIII. Quis postquam haec sub oculis habet, negare poterit, temporis Lonaris excessum in data annorum serie fuisse aequalem excessui, qui est inter numerum 1471215 dies Lunares exponentem & alium 1471197 dies ex ponentem totidem Solarium? Ex quo consequi-

TEMPUS SOLARE.

4028		4028		4028
365		5		49
20140	60 X	20140		36252
24168		3289		16112
12084	24 X	23429	60 X	197372
1470220		182		1801
976		149		173
1471196		5		537
				572
				32

Sunt ergo dies 1471196 5 32.

TEMPUS LUNARE.

Quaeque periodus habet dies 6939 16 32' 28" 5'"

6939		212		212		212		212
212		16		32		28		5
13878		1272		424		1696	60 X	1060
6939		212		636		424		460
13878		3392		6784		5936		40
1471068		114		99		17		
146	24 X	3506	60 X	6883	60 X	5953		
1471214		110		88		553		
		146		283		13		
		2		43				

Quia Plenilunium renovatum fuit hora 02 43' 13" 40'" diei subsequentis annus Luuaris 4028 cessavit cum naturali die 1471214.

tur in annis 4028 temporis Lunaris excessum fuisse pariter dierum duodeviginti, ideoque illo stante excessu minime negari potest anno quater millesimo vigesimo octavo Plenilunium annum terminans Lunarem, & initium prabens subsequenti rediisse post dies decem, & octo a die verni Aequinoctii. Nonne ita? Secus longius tempus tardius renovaretur, quam brevius (F).

LXXXIX. Haec fuerat anno vigesimo octavo post quatermillesimum inter Plenilunii, & Aequinoctii vernii renovationes affectio. Restat nunc ut ad reliquos annos quindecim gressus potius faciamus. Et quamvis me non lateat, vos mecum convenire, horum quindecim annorum tempus esse civili modo computandum & dimetiendum, sic tamen fieri oportere, monitos vos volo, quia non circa Plenilunii renovationis punctum, sed circa diem Lunae quintam decimam nunc quaestio versatur. Ratio ipsa sic faciendum suadet, nam quinta decima cujuscumque mensis Lunaris ea est feria, in cujus naturali extensione Plenilunium renovatur, vel illius renovatio proxima est ad aliquod illius Feriae extremum. Secus si esset, Judaei ex Lunae phasibus suos menses, & annos comparantes ad solarium amussim non habuissent, nisi a die ad diem, & non a momenta ad phasis momentum, uti etiam nunc Epactarum usu fieri solet, illos secuissent. §. XXXI.

XC. Jam quindecim annorum Lunarium ab anno vigesimo octavo ad finem quadragesimi tertii post quatermillesimum decursorum dies omnes scire exoptatis, vobis praesto sumus, rati illos fuisse 4560. Ratio vero est, quia in annis quindecim lunaribus menses centum octaginta quinque numerari ex eo intelligitur, quod centum octoginta essent, si omnes anni fuissent communes, quia vero in quindecim annorum spatio mensis hembolemicus, sive Ve-Adar quinquies renovatur, superaddi alii debent quinque. Ex his vero omnibus plenos nonaginta quinque, nonaginta vero vacuos, sive die-

(F) Utriusque temporis in annis 4028 en comparatio. Lunarium annorum 4028. dies sunt 1471214 2 43' 13" 40'''
Solarium annorum 4028 dies sunt. 1471196 5 32

Differentia . . . . . . 17 21 11' 13" 40'''

rum vigintinovem fuisse, Historia docet, Chronistae testantur, & nos in priori parte inspeximus. (G)

XCI. Nunc ad dies Solarium quindecim annorum investigandam summam descendamus. Totius hujus solaris temporis spatium aequale est diebus 5458: (H). Quis igitur non videt, in reliquis quiudecim annis tempus solare fuisse ad Lunare, ut dierum exponens 5478 est ad Exponentem Lunarium dierum 5460. Tempus igitur Solare in quindecim illis annis fuit excessu dierum duodeviginti majus Lunari tempore, uti major est numerus 5478 prae numero 5460. (J).

XCII. His omnibus inspectis in una eademqut feria tum Solarem tum Lunarem annum explevisse quatermillesimum quadragesimam tertium, unum per Aequinoctii, alterum per Plenilunii renovationes, merito conclusimus. Equidem quoniam ex quatermillenis quadraginta tribus annis, qui in quaestione sunt in prima quatermillenorum, & viginti octo serie tempus Solare minus est ad Lunare majus, ut è converso in altera annorum quindecim extensione Lunare minus est ad Solare majus, ita ut excessus reciprocentur, sintque in aequatione, quisque merito deducit, tempora fuisse aequalia, & congrue a nobis fuisse conclusum, in una eademque feria a solis Lunaeque creatione 14666775 tam Lunarem, quam So-

(G) Si civiles singuli lunares anni a mensibus efformarentur duodecim, in annis 15 menses numerarentur 180, quia 15 X 12 = 180. Horum vero bini dies dant 59 ex Nota (H) sub §. 20. Hinc si fiat 180 . 2 = 90 X 59 = 5310, ex hoe produeto exponitur, in quindeeim annis Lunaribus communibus, sive in mensibus 180 dies numerari 5310. Ast Judæi ternis in annis Ve-Adar addebant, uti ex metheone nos addimus hembolemaeum, uti ex eadem Nota (I) sub §. 20. eruitur. Ergo in annis 15, quinquies renovatus fuit Ve-Adar dierum 30 X 5 = 150. Ergo si fiat 5310 + 150 = 5460. tota apparebit dierum summa in annis 15. aequalis diebus 5460.

(H) Tropicus quique annus, uti ex Nota (H) sub §. 20. vidimus, constat diebus 365. h. 5. 49 X 15 = 5478. 15 15'. Residuales horæ 15, neque eum aliis praecedentibus horis 15. 32 inspeetis in Nota (E) sub §. 87. solidum constituunt diem. Hine de diebus tantum 5478. ratio habenda est.

(I) Ex Nota (H) sub §. 91. En eomparationis typus anni 15.

Solares numerant dies	5478
Ex Nota (G) sub §. 90. anni 15. Lunares dant dies . .	5460
Excessus, sive differentia est dierum	0018

larem cessasse annum, qui a Mundi principio fuerat quater millesimus quadragesimus tertius. (K)

XCIII. Haec sufficerent, nam ex his novisse datum est Plenilunium vernum terminum apponens Lunari anno quatermillesimo quadragesimo tertio Aequinoctiorum die incidisse, vel Saltem cum Aequnoctiorum die occurrisse Mensis Lunaris decimam quintam, & ex eo arguendum Iudaeis illo in anno eodem Aequinoctiorum die Pascha concelebrasse, quia in civili Lunari computo Mensis Nisan decima quinta eo in anno inciderat cum feria a Mundi origine 1476675, in qua inciderat Aequinoctium. Quia vero utraque tempora astronomice dimetita differentiam binis diebus aequalem habent, ideo quomodo fieri potuerit, ut quamquam inter Aequinoctii, & Plenilunii regressum tanta intercesserit distantia, ultima tamen feria, quae fuit a Solis creatione 1476675 Aequinoctio, & Pleniluno fuerit decorata. ostendere operae praecium puto.

XCIV. Credo enim, vos me obsecundaturos, nam qualitas exigit difficultatis, ut nebula haec demostrationis lucem obtenebrans destruatur. Credo itaque, vos mecum convenire asserante, Solarem annum numerari cessasse ultimo momento diei natoıalis a solis creatione 1476675, in cujus hora vigesima secunda ad suam Aequinoctialem sedem, & ad arietis signum pervenit. Eo enim in anno 4043 Aequinoctii renovatio acciderat hora vigesima ac momento quadragesimo septimo post finem diei 1476674, quae hora ad diem naturalem spectat subse-

(K) Quoniam numerus 1471215 exponens solidos dies annorum 4028 lunarium est ad exponentem 1471196 dierum in totidem annis solaribus, ut e convevso in quindecim reliquis Solaribus annis dierum exponens 5478 est ad exponentem 5460 dierum Lunarium necessario consequitur in progressionis fine, scilicet in fine anni 4043 utraque tempora fuisse aequalia, & in eadem commnni die terminasse tum Solarem tum Lunarem annum 4043. Hoc facilius intelligetur ex summarum aequalitate, quae sunt, ut sequitur.

DIES SOLARES	
In annis 4028 dies	1471197
In annis 15 dies	5478
In annis 4043 dies	1476675

DIES LUNARES	
In annis 4028 dies	1471215
In annis 15 dies	5460
In annis 4043 dies	1476675

quentem. Merito igitur dicebamus, diem a Solis origine 1476675 fuisse Aequinocti renovatione decoratum, & ultimum fuisse anni quatermillesimii quadragesimi tertii. Temporaria enim oeconomia exigit, ut anni cessent, non in vicissitudinis puncto, sed in fine diei naturalis.

XCV. Mora itaque quacumque sublata demonstrantia dentur argumenta, quomodo feria a Solis creatione 1476675 fuerit etiam quintadecima Lunae quamvis Plenilunium accidisset hora sexta diei naturalis 1476678 a Solis, & Lunae creatione post biduum abs Aequinoctii renovatione. Oportet vero in difficili hac, implicataque construenda tabula, & non fictis ornanda coloribus, quae princeps fuerit diei hora in initio crationis certiores simus. Opinari enim neonatum Adam prius inspexisse tenebras quam Lucem esset, duco, absurdum. Lucem si in antecessum, & primum vidit, illam in eminentiori coeli loco vidit, seque sol ei conspiciendum in horizontis illius medio exhibuit. Putarem ergo Adam, coeteraque creata ex nihilo prodiisse in puncto, quo sol in loco, ubi Plasmates Dei habuère ortum perpenticulariter erat hemispherio, & meridiem illa in regione obsignabat (L).

XCVI. Sed quid? Quae vos tenet admiratio? Quid iterum obstupescitis audientes etiam ea quae ante Solis extiterunt creationem condita fuisse in meridiei puncto? Nolite quaeso obstupescere, sicuti namque in priori parte ex S. Scriptura probavimus, Aequinoctia vernalia in initio suae creationis a Sole obsignata fuisse, sic ex ipsis S. Paginis omnia in meridiei puncto condita fuisse evincere non despero. Et re quidem vera, nonne Moyses testatur, singulas creationis operationes factas fuisse in meridiei puncto, dum earum quamli-

(L) Ne ex computorum forma, in prima parte datorum, in quibus temporis propositi denominatæ partes ad diem ultimo loco positum spectabant æquivocatio aliqua in futuris calculis oriatur, animadvertendum horas, & momenta spectare ad sequentem diem, non expressum, quia in hujuscemodi computis ordine naturali confectis partes illæ sunt ultra, & extra ultimum integrum. Sic exempli gratia horæ 20, 47' sunt extra diem 1476674tum, spectantque ad diem sequentem 1476675

Quindecim Lunarium annorum calculate Astronomicum témpus, & quia Sinodici menses sunt 185; & horum quique dies habet 29 12 44' 3" 11"' ex Nota (H) sub §. 20 facite., ut sequitur.

bet dicit peractam fuisse in *Vespere* initio? Quid ergo mirum? Quomodo enim Deus infinita sapientia sua ex nihilo effecit, ut omnia prodirent, sic potuit, & fecit, ut partes temporis ante temporis existentiam conceptae in dies, & horas distribuerentur, quando ineffabili dispositione ornabat omnia.

XCVII. Sacram Geneseos perlegite historiam, & vos unam inter, & aliam creationis divinam operationem solidum interpolatum fuisse diem, spatium quae viginti quatuor horarum intercessisse, iri doctum, arbitror. Hoc luculenter significavit Moyses per illa verba septies repetita. *Et factum est VESPERE, & MANE dies unus . . . . Ft factum est VESPERE, & MANE dies*

185		185		185		185		185
29		12		44		3		11
1665		370		740		555		185
370		185		740		33		185
5365		2220		8140	60)(	588	60)(	2035
98		135		9		48		235
5463	24)(	2355	60)(	8149				55
		195		214				
		3		349				
				49				

Nunc priori seriei annorum 4043, scilicet diebus	1471214	2	43'	13"	40'''
Super addite annnorum 15 dies	5463	3	40	48	55
Et exurget exponens astronomici temporis dierum	1476677	6	33'	02"	35'''
Ex Nota (E) sub §. 87 in annis 4028 solares dies sunt . . .	1471196	5	32		
Et ex Nota (I) sub §. 91 in annis 15 solares dies . . .	5478	15	15		
Ergo in annis 4043 solares dies	1476674	20	47		
Ex Lunari majoris subtrahatur solaris temporis exponens	1476677	20	47		
Et amborum temporum excessus erit dierum . .		2	09 46'	02"	35'''

Qui dat distantiam inter utrasque renovationes.

secundus, *tertius quartus quintus sextus septimus* (9). Hæc verba *Vespere* & *Mane*, quae temporis partes significant, ante Solis motum, ex cujus cursu tempus originem duxit, leguntur. Manifestum indicium, quod operationes Solis existentiam praecedentes fuerint in dies distributae, mihi quidem videtur (M).

XCVIII. Inter singulas ante Solis existentiam operationes, solidus intecerque intercessit dies, Moyse testante, ut vidimus. Quomodo vero hujuscemodi dies distributi fue-

(9) *Genes. c. 1. per tot.*

(M) Inter Theologos, & Patres multi sunt, qui magnam opinatur injuriam Dei omnipotentiæ afferre eos, cui nimis S. Litteræ innixi asserunt, per sex numero diversas operationes, in sex distinctis diebus æternum, Summumque Opificem Mundi Machinam extruxisse, proptereaque credunt omnia in inistanti fuisse facta, propriamque ex illo Eccles. c. 18. v. 1. *Qui vivit in æternum creavit omnia simul*, opinionem tuentur. Nos neutrique favere, mediamque calcare viam, prudentiam duco, & controversiam sic existimo, posse conciliari. Abhorrentes igitur a judicio, quod Deus non possit, nisi per tempora, & hominis instar successive operari, Divinamque historiam venerantes, ac Ecclesiastes pari devotione auctoritatem obsequentes, dicimus, Deum creasse omnia simul, cum creavit in principio Cœlum, & Terram, & omnia simul creasse, quando rerum omnium sine forma materiam creavit. Ast materiei ipsi virtutem, vimque indidisse, se seipsam succcisive, & per distinctas temporis partes determinandi ad formam, & elegantiam ab Lege Dei praescriptum. Dicimus ea propter, Deum creando materiam, quasi ut seminantem hominem rerum omnium creasse principia, quæ quasi ut semen crescientia juxta concepti sistematis ab æterno ordinatam dispositionem pervenit. Consequitur itaque successivam Formam in sex distinctis diebus, & periodis, non esse ad Deum artificis instar referendum, sed tamquam ad naturæ auctorem, Legislatoremque materiei successivam dispositionem imponentem; Esse vero materiei ipsius necessariam conditionem, quæ ab illo, qui creavit omnia simul, ad elegantiam determinata fuerat, ut se disponeret per sex distinctas periodos, solido dici æquales. Sic ambo conciliatos duco Textus ex S. Augustini Textu Libr. in Genes. c. 15, & de civit. Dei Lib. 11 c. 9.

Dicere etiam possumus, quod illa particula *simul* significat idem ac *pariter*, sive *universaliter*, sive nullo excepto. Sic Psalm. 13. n. 3. *Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt* Psalm. 28. n. 11. *Simul stultus, & insipiciens peribunt* Job. c. 21. n. 26. *Et tamen simul in pulvere dormient.* & alibi. Ex quibus adverbium *simul* non significat simultatem temporis sed simultatem universitatis & collectionis, ideoque nihil aliud ab Ecclesiaste significatum fuisse, nisi quod nihil omnino sit, quod non fuerit a Deo creatum.

rint, nos quoque commonefactos voluit, Deum in binas aequales partes *VESPERE* nempe & *MANE* naturales dies distributos voluisse. Non dubito quin Vespere fuerit diei naturalis prior *Semis*, *Mane* vero altera, quia Vespere in S. Textu parti illi *Mane* appellatae praeposita, prolataque legitur.

IC. Si *Vespere* per S. Scripturae sensum prima, & prior fuit diei naturalis pars, non haesitandum *Vespere* a nostro meridiei puncto incoepisse, seque extentisse ad noctis dimidium, a quo *Mane* incipiebat, quodque extentebatur ad novum *Vespere* novumque meridiem subsequentis diei initium constituentem. Secus si accidisset, Solem in suae creationis instanti Adam minus ordinate inspexisset. Sol vero minus ordinate se conspiciendum traditisset, nisi perpendicularem, & meridiei obsignantem horam se visum dedisset. Quando vero Sol est perpenticularis tunc secundum communem sensum obsignat meridiem. Me ea propter non falli arbitror si denuo dixerim, omnia in meridiei puncto, & facta, & formata fuisse, quod in S. Eloquio dicitur initium Vespere.

C. Sacras si Litteras mihi interpretari, esset datum, dicerem, in Creationis loco, ubi scilicet Plastes Dei Adam vitae spiraculum habuit, naturales sic fuisse, dies distributos. Primum, qui incoeperat, cum in principio Deus fecerat Coelum, & Terram, ob duplicem divinam operationem, illi attributam, sic fuisse dispositum; in primo creationis instanti; & in principio *Vespere*, materiam ex qua omnia facta sunt, creatam ex nihilo fuisse, & in fine *Mane* & primi naturalis diei termino separatam fuisse lucem, ex qua lucida existere debebant corpora, a tenebris, quando *Vespere* & *Mane* factus est dies unus. (N) In secunda vespere fecisse Deum firmamentum in medio aquarum, & post formationem firma-

(N) Idem pariter est dicendum si per separationem *Lucis a tenebris* intelligi velimus, non elimentarem ignem, ex cujus separatione ab inerti, opocaque materia, Sol, & sidera prodiere, sed ejectionem rebellium e Cœlis Angelorum, qui ad tartareas tenebras fuerunt destinati: Per tò enim *Coelum* in Textu: *In principio creavit Deus Coelum, & Terram &c.* Angelorum creationem, & per tò *Terram* corporea omnia, & materialia intelligenda esse, ex SS. P. P. multi credunt, & separationem Lucis a tenebris segretionem Angelorum innui opinantur.

menti, et divisionem Aquarum ante tertium *vespere* factum fuisse diem secundum. A tertio ad quartum meridiem ubi *vespere*, & *mane* factus est dies tertius, separatam arridam ab aquis fuisse, & a terra haerbam, ac ligna secundum genus suum fuisse germinata. In quinto meridie, quando *vespere*, & *mane* factus est dies quartus, Solem & Lunam nocti, & diei praeesse incoepisse. In sexto meridie quando *vespere*, & *mane* factus est dies quintus, reptilia in aquis, & volatilia in coelis esse incoepisse. In septimo meridie, quando *vespere* & *mane* factus est dies sextus, post quam terra produxerat omnem animam viventem juxta genus suum, Adam de terrae limo plasmatum a Deo fuisse. (10)

CI. Quibus suppositis, quasi per necessariam consequentiam deducitur, dies naturales in creationis loco a meridie ad meridiem extendi, & ea propter creationis regione inspecta, annum quatermillesimum quadragesimum tertium ob Solis cursum, & dierum naturalium finem cessasse in meridiei puncto diem a Solis creatione 1476675 terminante, & subsequentem incipiente; Cessasse inquam in meridiei puncto, quia aequum est ut dies naturales & anni cessent ibi a meridie, quoniam ea in regione initium a meridie habuere.

CII. Quo vero ex horizonte invenistis dies cessare in meridie? Ex terra Mesopothamiæ, creationis loco. Terram abs Tigri, & Euphrate fluminibus circumdatam, Mesopothamiamque appellatam Prothoparentum patriam & cunam fuisse a Moyse Geneseos capite secundo certiores facti sumus. Eruditorum vero votis si assentiri fas erit, ad Amidam vulgo nunc: *Diabacher* fuisse Adam creatum dicere debemus.

CIII. Experientia duce Cosmographi omnes norunt, non omnibus simul dari meridiem, sed successive ab Oriente, ad Occidentem progredi, ut duae regiones e diametro oppositae dissitas patiantur lucis, & noctis affectiones, et quando regio una noctis experitur obscurum, luce altera meridiana illustratur. Norunt etiam Europam, quin immo Italiam nostram coeteris paribus sub meridianis esse, qui e diametro sunt cum Mesopothamia, & Asia. Ex quo fit, ubi in Asia Mesopothamiaque meridies est,

(10) *Genes. c.* 2. *v.* 10. *ad* 20.

nos tunc dimidium experiamur noctis, & quando nobis e contra meridies est, ab illis tenebrae observentur, & noctis patiatur obscurum (O).

CIV. Ob hanc meridianorum diversitatem, consideranti latitudinum affectiones, cuique alia temporis contingentia, diurnalisque affectio fit praesens, quae ubique terrarum a media ad mediam noctem extentitur, & a diebus naturalibus etiam voce distinguitur, quaeque ex avorum placidis Feria appellatur. Hanc Feriarum affectionem contemplandibus multa se intelligenda offerunt. Equidem quoniam feriae, et hebdomadae, & mensis, & anni dies a media ad mediam noctem semper, & ubique terrarum sint dimensi, colligitur, Ferias, mensiumque dies relate ad eumdem situm horis viginti qua-

(O) Propter mundanæ spheræ rotunditatem, & diurnum Solis gyrum, non potest ubique terram eodem temporis momento esse meridies, vel alia diurnalis temporis effectio, sed dissitæ regionis tempore diverso Solarem cursum observant. Quoniam vero regularis est Solis gyrus, qui in orbitæ reliquæ, in gradus 360 dividitur, quando meridies in uno gradu est, in meridiano opposito, & per gradus 180 distante media sit nox oportet. Proportionalis, & progressiva est ista relatio, & cum distantia meridiei ad mediam noctem, & e converso sit æqualis gradibus 180, meridies, vel alia diurnalis affectio lucis, & tenebrarum successive manifestatur, & progreditur per horam unam a Sole peragrato spatio graduum 15, latitudinis, sive post 15 meridianos, quia 180.15 = 12 X 2 = 24 diei horis.

Nobis non calet ex Amidæ vulgo *Diabader* meridiano investigationem instituere ad inveniendam ex terraqueo manuali Globo illi oppositam distantiam; sufficit nobis rescivisse, orientalem plagem a diametro esse oppositam Europæ, quæ in occidentali est. Sufficit rescivisse, Mesopothamiam, terrasque quæ in oriente sunt creationis tempore fuisse prius luce illuminatas, nostram vero Europam fuisse tenebris offuscatam noctis. Ex quo concludendum, dies naturales nobis in Europa a media ad mediam noctem pro spatio 24 horarum extendi, in Mesopothamia vero, & in horizonte Europæ opposito a meridie ad meridiem circumvalleri.

Quoniam ob eamdem Spheræ rotunditatem semper Sol oritur, semperque respective occidit, uti semper est meridies, semperque noctis dimidium, male propterea diceretur dari terram orientalem, & occidentalem, nisi orientalem illam, occidentalem hanc in Sacris eloquiis voluisset Deus appellari ad memoriam operationum creationis. Illa, ut puto, orientalis appellatur, quia ibi Sol primum illuxit; ibique Adam eœtraque creatus fuit. Hæc occidentalis qui hic primum apparuere tenebræ, & resplenduit Luna, quæ nocti præest. Hac remota ratione omnes terræ plagæ latitudinales sunt certæ occidentales, orientales omnes respective inter se relatæ.

tuor constare, relate vero ad totum orbem triginta sex horas una in Feria numerari, ita ut in una Feria duo dies naturales, & continui simul connectantur, & instar unius habeantur respectu totius Orbis, quia Feria, quae in Europa in noctis dimidio cum die naturali incoeperat, cessat in Asia in dimidio subsequentis diei naturalis, quando ibi dimidium est noctis.

CV. Ad vestram quaeso revocate memoriam primam creationis Feriam, & mentis oculo illam considerate. Mundus nostro in Europoeo horizonte in noctis dimidio incoeperat, & quando in Mesopothamia, & Asia erat primus meridies. In secundo Mesopothamiae meridie cessarat ubique terrarum dies naturalis, cessarat et Feria in Europa, quia ibi secundum noctis dimidium erat, novaque incoeperat Feria, ast in Mesopothamia adhuc non cessarat, quia ibi meridies erat, & dimidium Feriae; cessavit vero, quando ibi media nox erat, & Europoei a meridie fovebantur, & ubique duodecima secundi diei naturalis numerabatur hora. Praeter igitur primi diei viginti quatuor horas a media ad mediam Europoeorum noctem numeratas prima Mundi Feria alias duodecim habuit a meridie ad mediam noctem Asianorum, quia ibi illa cessavit in dimidio secundi diei naturalis. Quod a principio factum fuit, sic continuatur adhuc.

CVI. Ne hoc esse animi nostri excogitatum solae innixum novitati, & argutiis exorsum putetis, vobis si lubet, in nostrae mediae noctis instanti, quod est nobis principium & Feriae, & diei naturalis, currum ascendite Phoebi equos aemulantes, & Mesophothamiam versus pergite, ibique ad mediae noctis momentum sistite. Vestri itineris tempus Feriae unius extensioni est aequale, quia a media Europoeorum ad mediam Orientalium noctem itinerastis. Ast vestri itineris numerate horas. Ex Europa discessistis in mediae noctis puncto, & dum in Asia erat meridies. Non amplius, denuoque vidistis noctis dimidium, quamvis Sol iterum redierit ad locum, unde discessistis; illud vero offendistis, quando ultra totius Orbis circuitum, a quo dies naturales, alios centum octaginta gradus Sol progressus est, & quando ultra solidum integrumque naturalem diem, per alias subsequentis diei horas duodecim currus vester fuerat agitatus in

via. Vos enim hujus Feriae finem inspexistis, quando in Mesopothamia dimidium erat noctis, & in Europa alter meridies. Vestri ergo itineris tempus unius feriae aequale fuit diei uni cum semisse, & per horas triginta sex cum Sole cursitastis.

CVII. Nunc praecipiti hoc peracto itinere quietem fovete, atque Feriarum ordines & affectiones iterum contemplate, & rati eritis primam Feriam cum Mundi origine in Europa incoeptam cessavisse in Mesopothamia in dimidio secundi diei naturalis, secundam cum initio diei secundi incoeptam in Asia cessasse in dimidio tertii diei. Tertiam in Europa incoeptam cum die tertio, in Asia cessasse in dimidio diei quarti, & postquam Sol creatus in initio diei quarti centum octoginta lustraverat gradus, & per horas duodecim cucurrerat. Quare quoniam Sol creatus in Mesopothamia fuit in initio diei quarti, perspicuum est, eadem in regione tunc adhuc in cursu fuisse Feriam tertiam cujus hora ibi numerabatur duodeeima, quamvis in Europa illa cessarit, & quarta incoeperit Feria. Quae cum ita sint ante Solis existentiam tres praecesserant dies naturales, & in Europae horizonte tres pariter Feriae, relate vero ad Mesopothamiae Emispherium duae tantum Solem praeiverunt; quia nobis nova incipit Feria priore non cessata.

CVIII. Ex eadem Feriarum affectione cum diebus naturalibus sequitur, priores primas duodecim diei naturalis horas, tum antecedenti, tum subsequenti Feriae esse communes, quia respectu Europae spectant ad subsequentem, respectu vero Asiae spectant ad antecedentem. Nam quoniam ubique terrarum Feriae a media ad mediam noctem numerantur, Feria, quae a Mundi origine cum die naturali secundo a media Europae eorum nocte incoeperat in Mesopothamia vocari coepit secunda in hora decimatertia diei secundi; quare hujus diei semis prior in Europa ad Feriam secundam spectabant, in Asia vero ad primam Mundi Feriam. Utrique igitur Feriae antecedenti, & continuo subsequenti prior pars diei naturalis in Europa a media ad mediam noctem circumscripti, in Asia vero a meridie ad meridiem terminati, quidem spectat. Ex eadem ratione, quia ubique Feriae a media ad mediam noctem extenduntur, & quia noctis dimidium in Mesopothamia accidit in momento, quod

est finis horae duodecimae, & initium horae decimae tertiae diei naturalis. Feria secunda incoepit hora decima tertia diei secundi, & cessavit hora duodecima diei tertii. Feria tertia incoepit hora decima tertia diei tertii, & cessavit hora duodecima diei quarti. Quare quoniam Sol, & Luna in initio hujus diei creata fuerunt eorum creatio attribuitur Feriae quartae, quae cum die quarto in Europa incoeperat; & Feriae tertiae quae in Asia cessarat in dimidio diei quarti, erat enim prior illius diei pars utrique Feriae communis.

CIX. Hisce inspectis, & consideratis eruitur, Aequinoctium vernum annum terminans quadragesimum quartum supra quatermillesimum, & ex calculis renovatum hora vigesima prima diei naturalis 1476675. §.XCIV.cum sua Nota (K) spectasse Feriae in Europa incoeptae cum die naturali 1476675 & in Asia cessante in dimidio diei naturalis 1476676. Feria haec fuit 1476675. a Solis creatione. Huic Feriarum numero addantur duae Feriae, quae ex Asiae horizonte contemplatae Solis praecesserant existentiam, & perspicuum erit, Aequinoctium datum accidisse in Feria a mundi 1476677 initio. Quae Feria in Asia incoeperat in dimidio diei naturalis 1476677 numerati a puncto, quo Deus in principio fecit coelum, & terram, terminum vero habuit in medio diei 1476678 ex eodem principio numerati. Notandum id igitur omnino hic erit, quod Aequinoctium terminans annum quadragesimum quartum supra quatermillesimum, & renovatum in die a Solis creatione 1476675 accidit in Feria a Solis creatione 1476675, quae cessavit in dimidio diei 1476676, & quod haec eadem Feria, calculo sumpto a Mundi origine est 1476677.

CX. Ex dictis, probatisque eruitur, annum propositum solarem 4043 cessasse in Feria 1476675 a Solis creatione, & 1476677 a mundi origine. Investiganda nunc est Feria in qua idem annus 4043 ex Lunari tempore dimensus finem habuit. Citius ut assequamini ad vestram revocate memoriam a Luna nihil modi, nihil energiae, & nequidquam mensurae diebus naturalibus conferri, quia isti tantum a Solis cursu determinantur, secernuntur, & modificantur. Quanta pateretur gens incommoda in temporis dimensione, si dies, menses, & anni a phasi ad phasim modificarentur. Longiores multi, breviores

non pauci, ut in superiori parte animadvestimus. §. XXIX.

CXI. Optime provisum, ut tempus a phasi ad phasim in dies distribueretur norma accepta a Solis motu. Hac de causa quoniam Plenilunium, de quo quaestio est, accidit, ut fuit demonstratum hora sexta diei naturalis a Solis Lunaeque creatione 1476678. §.XCIV. cum Nota (K), illius phasis dies non est habendus dies 1476678., in cujus hora sexta accidit, sed dies praecedens 1476677. Diurnalis namque extensio temporis Lunaris magis congruebat cum die 1476677, cum quo undeviginti habuit horas communes praecedentes illius renovationem, quam cum die 1476678, cujus horae tantum sex praecesserant illius renovationem, a qua cessabat dies Plenilunii. Addere, & possumus, Lunam in suae creationis locum post horam a die 1476677 rediisse, uti mensium periodicorum successiva progressio evincit. Quare semper redit diem naturalem 1476677 a Solis, Lunaeque creatione fuisse Plenilunii diem. (P)

(P) Menses Lunares Synodici diebus 29 12 44 3'' 11''' æquales sunt, & sunt illi qui dant tempus a Luna insumptum, ut ad Solis eandem relationem redeat. nempe dant tempus & intervallum inter easdem phases intercedens. Periodici vero menses, quos annos antediluvianos pessimi furfuris homines ad allucinandum vecordes, vocare authumant, uti diximus in Nota (A) sub §. 77 exponunt tempus, quod Luna conficit, ut iterum redeat ad eumdem Cœli locum, & ad eumdem Zodiaci gradum. Menses hi Periodici numerant dies 27 07 43' 5''

In annis 4043 horum mensium numerantur periodi, & renovationes 54048 igitur fiat

54048	54048	54048	54048
27	7	413	5
378336	378336	162264	60)(270240
108096	8809	216192	302
1459296	24)(417145	)(2324184	
17381		4504	240
	177		
1476677		60)(2328568	000
	91		
		528	
	149		
		485	
	25		
		568	
	1		
		28	

CXII. Cum itaque dies Plenilunii fuerit dies naturalis 1476677, inquirere nunc oportet, an ob Feriarum ordinem dies Plenilunii fuerit Feria illa quae in Asia cessavit in dimidio diei 1476678, in qua Plenilunium accidit, an ea, quae cessavit in dimidio diei 1476677; utraque enim hujus diei semis ad diem spectabat Plenilunii. Non secunda semis quia in ea Feria in Furopa incoepta cum die naturali 1476677 accidit Plenilunii Phasis, haec enim spectabat ad subsequentem annum quia a principio annus Lunaris incoeperat a Plenilunio §. LXIII. Non allucinamur igitur neque fallimur, si dicimus in Asia cessasse Feriam, quae fuerat Plenilunii in dimidio diei naturalis 1476677, quia ex demonstratis dies hic naturalis ex viginti quatuor horis phasim praecedentibus duodeviginti incluserat in sua extensione.

CXIII. Ex quo vero incoeperat Feria, quae in Asia cessarat in dimidio diei naturalis 1476677? Ex superius dictis Feria haec in Europa incoeperat cum initio diei a Solis origine 1476676. Nonne vero fuerat demonstratum priores diei 1476676 horas duodecim Feriae 1476676, tum Feriae 1476675 fuisse communes? §. CIX. Quoniam igitur Feria a Solis, Lunaeque origine 1476676 fuit dies Plenilunii, quia in sua naturali extensione complectebatur priorem semissem diei naturalis 1476677, qui ex demonstratis fuerat Plenilunii §. CXII., & haec eadem Feria 1476676 communem habuit partem cum Feria praecedenti 1476675, in qua Aequinoctium fuit renovatum, omni jure dicendum in una, eademque Feria a Solis origine 1476675 incidisse diem Aequinoctii, & diem Plenilunii. Neque iterum dicendum Feriam a Solis origine 1476675 esse 1476677 a mundi creatione, quia jam evictum fuit §. CIX.

CXIV. Intelligo, quam in difficili, & scopuloso versemur loco, ideo ne allucinari possitis, neque nos fucum fa-

Ergo in fine anni 4043 Luna ad suæ creationis locum post diem 1476677, scilicet in hora 1 27' diei naturalis 1476678 rediit

Illo in anno regressus ad Solis novam oppositionem in die	1476677 6	33'	02"	35'''
Regressus ad suum in Zodiaco incunabulun in die	1476677 1	28		
In annis 4043 Differentia est horarum . . .	5	05	02"	35'''

cere credatis, iterum ostendere, quomodo in Feria a Mundi constitutione 1476677, in qua incidit Aequinoctium secernens annum 4043 a subsequente convenerit Plenilunii dies, operae praecium puto. In antecessum vero, quoniam difficultatis vis in distantia ab Aequinoctio ad Plenilunium consistit, parum in ejus distantiae affectione sistere, non erit alienum. Equidem ab Aequinoctio ad Plenilunium distantia intercessit horarum quinquaginta septem diebus naturalibus binis, & horis novem aequalis. Quanta vero fuit a fine Feriae, in qua incidit Aequinoctium ad initium illius, in qua incidit Plenilunium? Feria, in qua incidit Aequinoctium cessavit hora duodecima diei 1476676. Feria, in qua incidit Plenilunium incoepit cum die naturali 1476677, & in Asia cessavit in dimidio diei 1476678 in cujus hora sexta Plenilunium accidit. Distantia ergo inter finem Feriae aequinoctii, & initium Feriae Plenilunii in fine anni 4043 fuit tantum horarum duodecim & consistens in secunda semisse diei naturalis 1476676, qui medio in loco stabat, & veluti in annulo amplexabatur finem Feriae Aequinoctii, & initium Feriae Plenilunii. Negari ne mihi quidem potest Feriam, quae cum die naturali in Europa incoepit 1476676, priorem hujus diei partem cum Aequinoctii Feria 1476675 habuisse communem, haec namque cessavit in Asia in medio diei 1476676, & in suo fine hora duodecima diei 1476677 cessantem habuisse communem priorem partem Feriae, quae incoepit in Europa cum die 1476677, & cessavit in dimidio diei 1476678, in cujus naturali extensione Plenilunium accidit. Quare concludendum, dierum distantiam esse tantum horarum duodecim, & Feriam a Solis creatione 1476676 utrique Feriae, & Plenilunii, & Aequinoctii fuisse communem.

CXV. Quid quid conclusum fuit circa relationem, & affectionem Feriae a Solis, Lunaeque creatione 1476675 cum Aequinoctii, & Plenilunii regressibus, concluditur etiam de Feria a rerum creatione 1476677. In hac enim Aequinoctium renovatum fuit, & haec in Asia cessarat in diei a Mundi origine 1476678 medio. Plenilunium vero, quod in diei 1476678 hora sexta a Lunae creatione renovatum fuit tribus superadditis diebus naturalibus illius creationem praecedentibus hora sexta diei

1476680 a rerum creatione renovatum fuisse est dicendum, quare illius renovationem dies 1476679 a mundi origine praecesserant, diesque 1476679 fuit dies Lunaris in quo accidisse Plenilunii tempus dicendum est, quia in eo ex viginti quatuor horis illam phasim praecedentibus undeviginti horae includuntur in illius extensione; & quia illius phasis renovatio includitur in Feriae naturali extensione, quae cum die naturali a rerum origine 1476679 incoeperat. Rati, quod Feria a rerum creatione 1476677 fuerit, quae habuit Aequinoctium, ratique quod Feria 1476679 fuerit ea in qua accidit Plenilunium, Mentis oculo nunc respicite diem natusalem 1476678 a rerum origine, & communem videbitis fuisse cum Feria 1476679, in qua incidit Plenilunium, quia Feria, quæ cum illo die 1476678 incoeperat cessavit in dimidio diei Plenilunii, & a rerum origine 1476679. Utraque ex communibus partibus temporis Plenilunii fuerat decima quinta Lunae.

CXVI. Quaenam vero ex binis Feriae 1476678 sive diei 1476678 fuerit decima quinta Lunae, & Plenilunii dies, a mensibus civilibus lunaribus, eorumque ordine est repetendum, quoniam enim ex Feriae a mundi origine 1476678 extensione dies 1476678 fuit communis cum Feria 1476679, in qua incidit plenilunium, etiam dies ille naturalis 1476678 fuit plenilunii dies. Mensium vero civilium ordo exegerat, ut potius Feria 1476677, quae cessavit in dimidio diei 1476678, quam Feria 1476678 fuerit dies Plenilunii, quamvis prior diei 1476678 series fuerit remotior a phasi. Nam si Feriarum series 1476677 distribuatur per menses, visitur primam Mensis incidisse cum Feria 1476677. Et quia probavimus primum Lunae mensem, diem, & annum incoepisse cum Plenilunio sive Lunae decimaquinta, id pariter certum erit, Feriam a Mundi origine 1476677 in mensium Lunarium ordine fuisse Lunae decimam quintam (Q)

(Q) Notissimum est, nosque adnotavimus in Nota (H) sub §. 20 binos menses Lunares civiliter sumptos, & prout accipiunt, qui in civili societate vulgares annos per Lunæ phases moderantur, diebus 59 esse æquales, ita ut in uno mense dies numerantur 30, in altero 29. Sic fecisse Judæos ibi pariter adnotavimus. Enarravimus etiam, quod Judaei tertio quoquo anno tertium decimum mensem Ve-Adar ab illis dictum

CXVII. Oh si vos Jerusalem interfuissetis, dum quatebat terra, & Sol emarcuit ob illius mortem, qui est omnium vita, & propter incussum timorem aufugissetis ex horrendo spectaculo, vestrum credo testimonium majori dignaretur fide, quam quae in praesentiarum dari possunt argumenta. Vos dicere possetis, Deum-hominem passum in Feria, in cujus naturali extensione Aequinoctii renovationem observastis, & quae ob Lunae phasim dicebatur decima quinta mensis Lunaris. Vos contestaretis in una, eademque Feria 1476677 a Mundi origine veluti in annulo medio in loco posito fuisse immersos & diem naturalem Aequinoctii, & Plenilunii diem. Vos contestaretis, mortem Salvatoris in Feria evenisse, in cujus naturali extensione horarum triginta sex se invicem amplexabantur Feria, in qua incidit Aequinoctium, & ea, in qua incidit Plenilunium, sive Plenilunii diem.

CXVIII. Coeterum Feriam a Mundi origine 1476677 fuisse

& triginta diebus constantem, ut æquarentur Solares Lunaribus annis, utque menses semper in iisdem redirent tempestatibus. Investigetur itaque per quot vices mensis additionalis in annis 4043 renovatus fuerit; & fiat 4043.3 = 1347 quare per quotum 1547 vices assignantur.

Ad cohibendum vero calcolum. Ex ut in dato Feriarum numero 1476677 omnes civiles menses considerentur alternatim 30, & 29 dierum & eorum bini dierum 59 ex data feriarum summa detrahantur tot dies; quanta est medictas 673 numeri 1347 exponentis menses Ve-Adar in decursu annorum 4043 ut etiam ex his bini sint dierum 59: Quare fiat:

Feriarum	numerus 1476677	
Mensium additionalium 1347 medietas .	673	Quotus = 25017 1.59
Residuum, dividatur per	59 X 1476004	
	296	
	00100	
	414	
	1	

Quare quoniam post divisionem per binos menses distribuent in datas Ferias 1476677 exurgit residuum 1 evidens est in data Feriarum serie 1476677 ultimum fuisse primam mensis Lunaris a decima quinta Lunae in creationi incepti. Triplici itaque calculo triplicique demonstratione evictum fuerat Feriam a Mundi creatione 1476677 fuisse declarari quintam Lunæ, Pleniluniique diem.

Lunae decimam quintam non tantum ex dictis, quantum ex sequentibus apparebit manifestius. Sed prius ad annum quatermillesimum vigesimum octavum regredi debemus. Nam vos memores estis, annum datum quadragesimum quartum supra quatermillesimum in Enneadecteris evolutione cum Plenilunio in Mundi principio incohata, fuisse decimum quintum. Dierum vero numerus quindecim annorum civilium ex Lunae phasibus moderatorum est defectu dierum trium minor diebus temporis astronomici (R). Quomodo vero fuerit moderatus intelligi nequit, nisi ad illum annum redeamus.

CXIX. Annus ille Lunaris astronomice dimetitus ex superius datis calculis cum Plenilunio cessavit hora tertia diei naturalis 1471215 a Solis, Lunaeque creatione, & ad Feriam spectabat 1471214 pro fine diei phasi accepta. Accepta vero pro lunaris initio ad feriam spectabat 1471215. Utrique Feriarum numero superadditis duabus Feriis ante Lunae, Solisque origine decursis, & Feria exurget 1471216, & 1471217. Qua vero in Feria a rerum origine cessavit? Cessavit in Feria 1471217, uti inferius positus calculus evincit (S). Quoniam itaque Lunaris annus 4028 cessavit in Feria 1471217, cui congruerat dies Lunaris a Plenilunii phasi initiatus, annus decimus quintus posterioris cycli, qui est 4043 ab O. C. cessavit in Feria a Mundi origine 1476677, quia utraque Feriarum series simul sumpta summam constituit 1476677. Multæ aliæ accedunt causae determinantes in anno 4028

(R) Ex Nota (L) sub §. 95. Astronomicorum 15 annorum Lunarium dies sunt . . . 5463

Ex Nota (G) sub §. 90. Anni 15 Lunares dies dant 5460

Differentia 0004 dierum hæc est causa, cur in subsequenti anno Cycli decimo quinto, & Mundi 4043 ultima illius Feria, quæ a Mundi origine erat 1476677 fuerit Lunæ decima quinta.

(S) Ex calculo in Nota (D) sub §. 86 dato Plenilunium secernens annum 4028 ab anno 4029 accidit in hora 2 45' 13'' 40''' diei a Solis Lunæque origine 1471215 huic addantur dies tres Solis Lunæque creationem præcedentes, & in compertis erit dies, Feriasque 1471218 a rerum origine numerari phasi data pro initio diei Lunaris accepta. In annis 4028

Plenilunii diem, in Feria 1471217, & in anno 4042 Feriam a Mundi origine 1476677. (T)

additionalium mensium numerus par 4028.3 = 1342 est & eorum 1342 dimidium est 671 & omnes menses sint communes, fiat Feriarum

numerus 1471218
Subtradatur additionalium mensium metietas 671
Quotus 24924
Binorum mensium civilium . . . 59) 1470547
290
545
144
267
31

Supersunt ergo dies 31 idest alius mensis civilis, & dies unus, quia mensis ille fuit Ve*Adar dierum, 50. Feria ergo a Mundi origine 1471217 fuit ultima anni 4028 huic feriarum seriei 1471217 additis feriis 5460 annorum 15 visitur annum 4043 cessasse in Feria 1476677 quia 1471217 = 5460 = 1476677.

(T) Potior ratio, cur Feria 1476677 fuerit dies Plenilunii, tam data fuerat in Nota (K) sub §. 92, ubi vidimus, in una eademque Feria 1476675 a Solis, & Lunæ origine Aequinoctium, & Lunæ decimam quintam fuisse numeratam. Alibi probavimus feriam illam a Mundi origine fuisse 1476677.

In priori parte in Nota (Q) sub §. 29 vidimus annos 19 civiles dierum 3 defecta esse minores totidem Astronomicis, præter partes aliquas horarum denominatas, ex quo fit, ut raro dies mensium civilium congruant cum phasi, a qua denominantur, & modificantur, cur itaque in fine Cycli dies civiles cum Astronomico tempore sunt in æquatione? Quia ita fit, ut phasis aliquando sit initium diei Lunaris, aliquando vero finis, aliquando illius diem præcedat, aliquando sequatur. Facta itaque dierum æquatione, in quoquo cyclo, post periodos 212 alii adsunt dies 147 in computo considerandi, quia uti vidimus in Nota (E) sub §. 87, 212 periodi Lunares tam civiliter, quam astronomice dimensi, ac citra partes denominatas in dies numerati dierum numerum constituunt 1471068. Partes vero denominatæ, scilicet horæ 16 32' 28" 05'" quæ ultra dies solidos 6939 cujusque Cycli ex eadem Nota (E) sub §. 87 alios dies constituunt 146 2 43' 13" 40'", quibus superaddito alio incepto per horas 2 43' 13" 40'" dies constituti a partibus temporis denominatis in annis 4028 in totum sunt 147: Præter igitur tres dies, in quoquo Cyclo, in annis civilibus augendos in data annorum serie alii 147 erant moderandi. Quare quoniam Astronomicum tempus in data annorum serie erat majus civilibus annis, ultimum Plenilunium terminum apponens datis annis non in fine, sed in initio ultimi diei Lunaris fuerat apponendum.

CXX. Venerat Jesus redemptum non populum Syon solum, non Judaeam, vel Asiam tantum, voluit propterea Redemptionis mysterium patrare in Feria, quae in toto Orbe esset initium, & finis veteris, & novi temporis, quaeque in sua naturali extensione quasi in annulo per admirabilem nexum Aequinoctii, & Plenilunii complecteretur dies, ut in una Redemptionis & temporis 1476677 Feria, de qua jam probatum, fuisse ultimam anni Lunaris, primamque Solaris, & ex dierum naturalium limite utriusque ultimam, utriusque primam, uno in tempore, & in fine diei naturalis a Solis Lunaeque creatione 1476675, in quo erat in Asia meridies, recederent vetera, & renovarentur omnia, & omnibus una esset dies, quam fecerat Dominus pro omnium gentium salute.

CXXI. Jam e vadis emersimus, jam scopulos praetervecta fuerat disquisitio nostra, jam ostenderam, in fine anni 4043 summam septuaginta septem aetatum, mistice, quas designaverat Deus praemittendas Redemptioni, constituentis aequalem, diem a Solis, Lunaeque creatione 1476675, in quo incidit Aequinoctium ob Feriarum affectionem relationem, & extensionem, conjunctum, adnexumque fuisse cum Feria 1476677, quae fuit Plenilunii, & in qua Luna ad sua iterum rediit incunabula; Feriamque

Hoc clarius apparet ex eo, quod dies 147 æquales sunt quinque civilibus mensibus Lunaribus, nam 547 59 = 4 59.29. Residuum æquale est diebus 29, tot vero dies numerantur in mense vacuo, Ergo præter 4 alius ad est mensis. Quia igitur partes denominatæ temporis Lunaris, & residuales horæ 16 32' 28" 05"' in periodos 212 æquales sunt diebus 147 & solidis mensibus civilibus Lunaribus quinque, semper id est concludendum: Periodum 212 cessasse ante phasis Plenilunii renovationem. Ex quo consequitur annum 4028 qui fuit ultimus periodi 212 cessasse cum die a rerum creatione 1476217, & in eadem Feria. Quare si Feria a rerum creatione 1471217 fuit dies Plenilunii, a qua terminum habuit annus 4028 est pariter dicendum, Feriam a Mundi origine 1476677 fuisse diem Plenilunii, a qua cessavit annus 4043, & novus subsequens incoepit, quia quindecim annorum Lunarium Feriæ 5460 superadditæ præcedentibus Feriis 1471217 annorum 4027 summam constituunt Feriarum a rerum creatione 1475677. Hoc igitur quoquo contempletur, calculeturque modo semper se offert pro mensis Lunaris die decima quinta Feria a mundi origine 1476677.

a rerum creatione 1476677 utrosque adnectentem fuisse ultimam anni illius, & primam Redemptionis nostrae.

CXXII. Restat nunc, ut alteram Thesis nostrae demonstremus partem, & percunctemur, an Feria data a Mundi origine fuerit sexta in hebdomadali cyclo, & an apud Judaeos audierit Parasceve Sabbati, & apud Romanos dies fuerit Veneris, ut tandem elucubrationis hujus omnia expediantur. Nolo tamen hac in re multum esse, & non rem per se manifestam, & jam demonstratam, iterum evincendam assumo. Ex ordine itaque, quo procedunt Feriae jam alibi ultra satietatem meditato ante Lunae, & Solis existentiam duae elapsae erant Feriae, quia duo Luminaria magna facta sunt in quarta vespere, & in initio diei quarti naturalis, continuante adhuc in Asia Feria tertia, & incohata in Europa Feria quarta. Sol vero in anni dati fine ad Aequinoctii sedem pervenit die a suae existentiae 1476675; qui ut supra probavimus, in Asia dederat Fetiam a Mundi origine 1476677. §. CIX. Feriam eamdem 1476677 multis rationibus, calculisque multis demonstravimus, fuisse diem Plenilunii, mensisque Lunaris, decimam quintam, ex quibus facile colligi potest, in fine diei naturalis 1476677 & in meridiei puncto, quod dabat dimidium Feriae a rerum creatione 1476677, & quando in Europa incipiebat Feria 14766776 a Mundi creatione Jesum in Soria expirasse.

CXXIII. Quoniam vero res nec dubia, nec obscura est, plura dicere esset superfluum, itaque cum certum, ratumque sit, Servatorem Jesum Mundum reparasse, dum in Redemptionis loco erat meridies Feriae a Mundi origine 1476677 divisionis ope distribuendo in hebdomadas datas Ferias, manifestum pariter est, illarum ultimam fuisse sextam. Residuum enim 6, quod remanet post ultimam illius cycli hebdomadalis evolutionem, sive post illarum Feriarum partitionem per septenarium innuit, ultimam datae seriei Feriam ad hebdomadae illius fuisse primam, quae tunc in cursu erat, uti numerus sextus est ad primum, Feria vero sexta a Romanis Veneris dies dicta, & a Judaeis Sabbati Parasceve est ad cujusvis hebdomadae primam uti numerus sextus est ad primum. Feria ergo a Mundi origine fuit sexta in heb-

domada, & a Romanorum Veneris dies, & Judaeorum Parasceve. (V)

CXXIV. Sarta nunc tecta est nostra sententia. Thesis nostra suis in cunctis demonstrata prodiit partibus. Uti pollicebamur, in medio adduximus singulis Feriam diei Passionis proprietatibus suffultam. Probavimus, quatermillesimum quadragesimum tertium annum Mundi tempori a Mundi principio ad finem usque aetatis Christi fuisse aequalem. Probavimus, annis quatermillenis quadraginta tribus Ferias 1476677 fuisse constitutas, per quas in dies fuerat distributum totum tempus a creationis momento, & fine anni quatermillesimi quadragesimi tertii vallatum, & harum ultimam sextam in hebdomada, & Sabbati Parasceve veluti in annulo & aequinoctii, & plenilunii Verni diem fuisse complexam. Quid igitur desideratur adhuc? Quid obstat, ne concludatur, datam Feriam a Mundi origine & ultimam veteris, & novi primam fuisse temporis?

CXXV. Haec forsan non fuit Reparationis nostrae dies? Aliam adducite & vobiscum ero, si a vobis proponenda majorem cum charecteristicis diei Passionis proprietatibus, circumstantiisque analogiam habeat. Aliam proponite quaeso, cui temporis vicissitudines, quae in Paschate illo, in quo verus Agnus occisus est, evenisse produnt Evangelistae, concurrisse videantur, uti & nos demonstravimus in data feria, & anno. Hoc numquam eritis effecturi, ideo sententiae nostrae assentiri debetis. Quae enim dari potest Feria sexta in tempore septuaginta se-

(V) Facillima est operatio cognoscendi ergo, quota in hebdomadali Cyclo fuerit Feria a Mundi origine 1476677 En operationis typus

Divisor. 7 X 1476677

007

066 Quotus 210953 $\frac{6}{7}$

37

27

6

Annus ergo datus cessavit cum Feria sexta hebdomadæ 210954, a quia 210953 jam præcesserant.


ptem aequali aetatibus, in cujus naturali extensione aequinoctium, & plenilunium fuere renovata, ut ea, in qua cessavit annus a rerum creatione 4043, & novus incoeperat. Quoniam vero vellem ab omnibus nodum hunc, & connexionem, qua aequinoctii, & plenilunii dies ejus in anni fine colligabantur, cogitatu ab omnibus intelligi, uti meditanti mihi praesens est, parcite ut si tanto in negotio iterum occasione capta ex Feriarum denominationibus iterum inter Plenilunii & Aequinoctii dies nexum ostendere assumo. Feria a Mundi origine 1476677, ut supra vidimus fuit Parasceve, sive Feria sexta, ergo praecedens 1476676 fuit Feria quinta, & subsequens 1476678 fuit Sabbatum. Sabbatum incoepit cum die naturali 1476678, & cessavit in dimidio diei naturalis 1476679, qui fuit Plenilunii, quia in ejus fine Luna rediit ad locum, unde moveri incoepit §. CXI. cum sua Nota (P), & in cujus hora sexta numerari incoepit astronomice dies Plenilunio praecedens; Unde dies 1476678 non attentis partibus diei denominatis fuit dies Plenilunii. Feria vero 1476678 quae fuit Sabbatum, quia in Asia cessavit in dimidio diei 1476679, fuit dies Plenilunii, eo vel magis, quia in ultima sua semisse duodecim habuit horas communes cum subsequenti una dierum, in cujus hora septima Plenilunii acciderat phasis. Quid igitur obstat, ne Parasceve, quae in Asia cessabat, dum in Europa hora duodecima numerabatur Sabbati fuerit Lunaris mensis decima quinta? Saepe fit in Mensium civilium numeratione decima quinta ut Lunae praecedat, vel subsequatur diem Plenilunii. Cur in dato anno fieri non potuit? (X)

CXXVI. Evangelistae omnes, nullo discrepante, testantur, Paschatis die, & quinta decima Mensis Nisan, quae fuerat Parasceve Christum fuisse in cruce exaltatum. Quod vero quinta decima hujus mensis fuerit pariter Lunae quinta decima, & aequinoctii diem, id nunc post evi-

(X) Ut sub oculis cadat connexio dierum Aequinoctii, & Plenilunii cum feria quæ & Solaris, & Lunaris anni 4043 fuit ultima loco circulorum ecliplicæ sint tres lineæ. Prima AC cum extensione AB repraesentet circulum confectum in die naturali 1476677 a mundi origine, & in tota AC Feriæ 1476677 extensionem. Secunda BD, quæ cum extensione BD det diem 1476678, & cum extensiono BE Feriam 1476678. Tan-

dentissimas conclusiones a nemine in dubium revocari potest. Septuagesimum septimum ab Adam fuisse Christum Lucae testimonio docemur. Harumce generationum annos fuisse 4043, Ferias vero 1476677 jam eluxit, eluxit etiam cum harum ultima coivisse Mensis Lunaris decimamquintam. Feriam ergo illam a mundi origine 1476677, & anni 4043 ultimam in mensi Lunari decimam quintam Aequinoctio decoratam, & in hebdomadali periodo sextam ratione impellente, & computo demonstrante Reparationis nostrae fuisse diem sentire de-

dem linea DF cum spatio DO tempus describat diei 1479679 & cum DF ejusdem Feriæ 1476679 latitudinem



Et quoniam extensio B E Sabbatum repræsentans habuit commune cum A C spatium B C & spatium D O cum subsequente D F eadem Feria B O utrique, e converso fuit communis. Plenilunium ex demonstratis accidit intra extensionem D F, & horæ 24 præcedentes ejus regressum incoeperunt intra extensionem D O, tum D E, tum B C communi, Ergo ab Astronomica epacta potuit assignari pro Plenilunii regressu extensio D O: Ergo Plenilunium Astsonomice calculari potuit, & in Dominica sive Feria 1476679 & in Sabbato, sive Feria 1476678: Sed quando Plenilunium astronomice calculatur in D O sive Sabbato Lunæ decima quinta a civili epacta assignari potest in A C. Feria sexta, quia habet portionem B C cum Sabbato communem. Ergo nihil obstat, imno congruit dixisse Lunaæ quintam decimam calculatam fuisse in Feria sexta A C.

Hoc clarius apparebit, si animadvertatur in Asia Feriam sextam numerari incoepisse ab V ad C. Sabbatum a C ad O. Dominicam ab O ad F. Qnare quoniam Sabbatum in sua extensione cum portione B C fuit commune diei Aequinoctii renovati intra A B, & diei Plenilunii renovati intra extensionem D F; & quoniam anni renovantur cum renovationibus Aequinoctii, & Plenilunii, dicendum fuisse Feriam primam subsequentis anni, & Veneris diem præcedentem ultimam fuisse anni 4043, Quamvis decima Lunæ quinta, & mensis civilis acciderit in Feria sexta ex civili epacta, tamen ex Astronomica accidit in Sabbato ideo in Sabbato dicendum incoepisse annum 4044, & in Feria sexta cessasse 4043 cum civilis mensis Lunaris decima quinta.

betis. Argumentorum praestantia, demonstrationis simplicitas, ac calculorum accuratio ne quidquam ex expositis negetur insinuant, rationemque potius sufficientem praebent, ut alias ab aliis propositas epochas respuatis. (Y)

CXXVII. Equidem in illa perfecti anni ætatis Christi, nam passus est hora nona, & in eadem concipi de Spiritu Sancto dignatus est. Perfecti anni a septuaginta septem generationibus, quas Sacramenti caussa Deus reparationi praemitti maluit; quaeque cum primo homine initium habuère in meridiei instanti, & cum Salvatore expirante in meridiei puncto cessarunt. Perfectus solis motus, perfectus Lunae cursus. Perfecti anni ab utroque luminari designati. Perfectus naturalis dies illius anni ultimus, nam in utroque horizonte, Christo moriente, complebatur.. Perfecta Feria, quae nobis in Europa cessabat, & in Soria suum numerabat dimidium, dum ibi Salvator in meridiei puncto suum emittebat Spiritum. In hac Feria solaris motus perfectus dierum numerus, perfecta Lunaris temporis quantitas, in hąc namque Feria tantus fuit Solaris motus dierum numerus quanti numerabantur a Lunae, & Solis cursu, & lunae motus tantas obsignabat ferias quantae erant a mundi creatione Feriae. Quare voluisse Deus mihi videtur, ut in fine veteris temporis a Sole sui, Lunaeque numerarentur dies, a Lu-

(Y) Quin nos moraremur in singulis objurgandis epocis, & quin singularum errores, quibus suadent investigaremus, normam vobis dedimus, per quam singulæ examinari, & ut fallaces rejici possint. Parum referat, quibus proponatur a Mundi origine annus, nihil de eo in quaqua proposita Epocha contendite, sed solum inquirite, an propositus annus cum Plenilunio, & Aequinoctio terminum in eadem Feria habuerit, & an in Feria hebdomadæ sexta hæc duo temporis principalia accidentia coiverint. Ocius hæc duo scrutamini; rati has duas temporis circumstantias, & Feriam sextam, & Plenilunii diem convenire debuisse cum Aequinoctii verni renovatione in Christi passionis anno. Cedite exempli gratia Petavio in suo de Doctrina temporum Tomo II Lib. 13. asserenti anno ab O C 3983 Christi nativitatem, & Incarnationem evenisso, & ipsum impellite, ut demonstret, in mortis Domini anno, & die Aequinoctiorum diem fuisse Feriam in hebdomada sextam, & Lunæ decimam quintam. Neutrum prœstabit, sua igitur secum sit Epocha. Coeteris eadem sors est Chronistis. Hæc quidem diei passionis proprietates in una a nobis proposita feria inveniuntur.

nae vero motu etiam binarum praecedentium motum ratio haberetur Feriarum. Omnia perfecta & omnia facta sunt nova in dimidio illius Feriae quae ab O. C. fuit 1476677.

CXXVIII. Nostra hac in Feria vobis proposita pro nostrae reparationis die, & anni 4043 ultima, atque finalis, vere fuit Mundi novitas. In ea quia Mors, & vita praelio conflixere mirando, & quia in ea ex captivitate libertas prodiit, primo creationis diei, in quo ex nihilo facta sunt omnia, comparari merito potest. Ob Solaris Lunarisque cursus renovationes, quartum creationis diem, in quo Luminaria magna facta sunt repraesentari ab ea quisque intelligit. Propter sedem, & nomen quod in hebdomadali tenuit Cyclo prothoparentum plasmationis anniversariam commemoravit diem; in prima enim feria sexta creatus fuit ad vitam homo, in hac nostra gratiam recuperavit. Feria haec ex solis motu computata per exponentem 1576675 omnes Solis dies a primo suo instanti ad Aequinoctium usque, quod in Passionis die evenerat, certo numeraverat, Lunae motus exponentem dierum 1476677 exhibens omnes Ferias a principio, quo Deus creavit Coelum, & Terram ad Redemptionem usque decursas calculat. Nonne Feria ista propter haec fuit vere repraesentativa temporis primoevi?

CXXIX. Oh vere ineffabilis divinae Sapientiae ordo? Quis me coherciet ne te iterum contempler ob diem tantis ornatam mysteriis. Quas in priori parte de te laudes dixi, non sunt omnes. Utinam hujus Feriae singulas possem pandere dotes. Mirabilis quidem Deus in omnibus operibus suis! Mirabilis in electione diei, quam fecerat, ut nos laetaremur in ea. Equidem in illa uti radii ad centrum coiverant renovationes septem creanis dierum, & in illa Aequinoctium, & Plenitunium tempore terminum veteri opponendo, novo laetitiæ tribuit initium.

CXXX. Omni itaque ratione contendo praeter a nobis propositam Feriam nulla aliam inveniri posse, quae propter diei Passionis specificas proprietates, & propter cum creationis tempore analogiam illam dici queat, in qua sua doemone orbato potestate decorum Rex pacificus assumpsit imperium. Contendo inquam praeter Fe-

riam 1476677 a Mundi origine, & ultimam anni 4033, quae quasi aeratus nodus Aequinootii, & Plenilunii naturales dies adnectebat in sua naturali extensione aliam inveniri non posse, quae fuerit quinta decima Mensis Nisan, habueritque singulas Passionis diei proprietates.

CXXXI. Mirabilis ille nexus, & aeratus connexus inter Plenilunii, & Aequinoctii renovationes in Feria a Mundi origine 1476677 magis augetur a Sollemnitatis extensione. Haec ex Divina institutione extentebatur a Vespere ad Vesperam. Illo igitur in anno incoeperat hora sexta diei naturalis a Solis creatione 1476675, & cessarat hora sexta diei naturalis 1476676. Sed ex demonstratis 30 in anno dies Plenilunii incoeperat cum Feria, quae ubique locorum incoeperat cum die 1476776. Ergo Sollemnitas Azimorum eo in anno in die Aequinoctii incoepit, & cessavit in Lunae XV. Quis neget igitur Judaeos Pascha celebrantes verum Dei Agnum occidisse in dimidio Asianorum Feriae a Mundi origine 1476677 in cujus prima semisse saltem ratione diei Festi dies cessabat Aequinoctii, & in altera dies incoeperat Plenilunii?

Suscipite has tandem, quas imbecilles dedimus elucubrationes. Parcite Stylo. Parcite rudi dicendi formae memores illius Tulianae Sententiae. „ Non ex singulis „ vocibus Phylosophi spectandi sunt, sed ex constan- „ tia, resque spectari debet, non verba. Verbum, „ quod simplex, sincerumque est id est naturae ho- „ minum accomodatissimum „ (11).

(11) *De Offic.*

CRITICO - HISTORICA
CHRONOLOGICO - ASTRONOMICA
DISSERTATIO
DE VERA TEMPORIS RATIONE

ADDITIONALIS PARS TERTIA

In qua ex temporis vicissitudinum analogia, & affectionum annuarum relatione demonstratur ab Epocis datis annorum numerum constitui reali tempori aequalem.

CXXXII. Jam me expediveram, nec quidquam aliud exigi mihi videtur a binis Thesibus nostris, pro uberiori demonstratione. Jam satis evictum in prima parte, diem Martii vigesimam quintam anni, & aetatis Christi, & Epocae ab Incarnatione trigesimi quarti Salvatoris mortis fuisse diem, in secunda vero idem evictum, in die ultima anni a Mundi origine quatermillesimi quadragesimi tertii. Negotii tamen magnitudo id exegit, ut unius a me, & alterutrius Epocae comparatio institueretur cum realis temporis vicissitudinibus, ut inde ex istis, erueretur, Feriam illam sextam, quae fuit ultima aetatis Christi secundum carnem, ultimam pariter fuisse anni quatermillesimi quadragesimi tertii ab O. C. Obtestor itaque vos, & obsecro, ut qua priores partes suscepistis humanitate, eadem dignemini institutum comparationis ordinem inspicere. Vestra si nobilis animi magnitudo tali me dignabit honore, vos uberes, dulcesque fructus fore collecturos, minime haesito. Equidem exquisitum, & novum erit, ut una alteram confirmet Epocham, utque mutuo auxilio ex unius affectione; & ex alterius analogia utriusque elucescat veritas.

CXXXIII. Ego vero id exquisitissimum puto, summeque admirabile judico, quod ex nostra, quam daturi sumus Epocharum analisi, vera temporis ratio patefiat, ex ea

namque tot elicietis ab Epocis nostris simul sumptis dari annos, quot realis temporis extensio numerat. Quid dicetis si in fine hujus currentis anni octingentesimi primi ab Incarnatione singulas temporis vicissitudines, & affectiones occurrere ostendero, quae necessario dari debent, nec dari possent, nisi ipse datus annus esset quinquies millenus octingentesimus decimus ab O.C.? Quid eritis dicturi, si inspexeritis currenti anno millesimo octingentesimo primo ab Incarnatione Plenilunium vernum, & aequinoctium renovata fuisse in iisdem horis, & Feriis, in quibus renovari debuerant in annis quinquies millenis octingentenis denis, & tantam intercessisse inter harum vicissitudinum renovationes distantiam, quanta praesefertur a tempore & solari, & lunari in annis summae utriusque Epocae nostrae aequalibus (A).

CXXXIV. Consonantiam hanc, seu potius armoniam in Lunaris temporis progressione primum inspiciamus, & ut clarior exurgat demonstratio Asiam derelinquamus, ad eam iterum accessuri, quando ratio, & necessitas exiget, computa hinc instituemus ex europoeo horizonte, in quo Feriae diebus naturalibus a media ad mediam noctem decurrentibus sunt aequales. Tempus itaque lunare ex datis calculis a primo creationis die annos numerat quinquies millenos octingentenos denos, dies vero a primo Solis cursu ad aequinoctium vernum terminans annum ab Incarnatione millesimum octingentesimum primum dies calculat 2122069: tres vero dies elapsi erant ante Lunae existentiam. Ergo a die, in quo Deus fecit Coelum & Terram ad ultimum anni 5810, in quo renovabatur Plenilunium terminans annum lunarem, dies, & Feriae numerantur 2122072, & in illarum ultima, hora vero nona idem Plenilunium accidit. (B)

(A) Demonstravimus, mortem Salvatoris accidisse in fine anni ab O. C. 4043
Demonstravimus Salvatoris a morte ad annum 1801 annos excurrisse 1761

Ergo ab O. C. ad vernum Aequinoctium, & Plenilunium currentis anni ab Incarnatione 1801 sunt in totum anni 5810

(B) Ex Nota (L) sub §. 95 anni Lunares 4043 . . . dies

CXXXV. Habemus Feriarum numerum a Mundi origine ad finem lunaris anni ab O. C. 5810. Videamus nunc qua in Feria hebdomadali idem Plenilunium datum terminans datum annum inciderit. Fuit Feria prima una Sabbati, vel dicite fuit dies Solis, hodierno more dies dominica. Quoquo modo illam appellare mavelitis, semper primum locum tenuit in hebdomadali periodo, uti inspicitur, datum dierum, feriarumque numerum 2122072 per hebdomadales distribuendo periodos, qua operatione facta elucet, in ultima Feria residuali novam hebdomadae periodum incoepisse. (C)

CXXXVI. In prima parte evincimus Plenilunium verum anno 1801. Epocae ab incarnatione accidisse Martii die vigesima nona Gregoriano *K*alendario utentibus: Hanc vero fuisse Dominicam omnes sciunt. Quisnam oblitus est

dies constituunt		1476677 06 33' 05" 45'''
Ex nota (T) sub §. 36 anni Lunares	1767	
dies constituunt		645391 02 19 31 45'''
In totum Lunares anni	5810	
dies dant		2122068 08 52' 34" 20'''

Igitur in fine anni lunaris e mundi constitutione vernum Plenilunium renovatum in diei a Lunæ existentia 2122069 hora 8 52' 34" 20'''

In Europa uti præmonstravimus Feriæ cum diebus naturalibus desinunt, & incipiunt a media nocte. Hinc si addantur tres feriæ, tresque dies naturales, quæ Lunæ præcesserant existentiam, quique facti erant ante illius creationem, erit perspicuum anno ab O. C. §. 5810. Plenilunium vernum accidisse hora octava 52' 44" 20''' diei naturalis, & Feriae ab O. C. 2122072. Quæ hora secundum horologii Italici usum, in quo media nox ea in tempestate hora 5 15 obsignatur, est diei 14 07' 34". 20''', quia 8 52' 37" 20''' + 5 15 = 14 07' 34" 20'''

(C) En annorum Lunarium 5810 Feriæ 2122072 in hebdomadas distributæ.

Divisor. 7   0022   Quotus 303153

10

37

22

1

Ecquis ergo non videt per Residuum 1 Feriarum seriem cessasse in die hebdomadae prima, & in illarum ultima incoepisse periodum hebdomadalem 303154?

in Martii vigesima nona Palmarum incidisse Dominicam? Igitur verum est, Plenilunium anno 1801. in eadem indisse Feria, qua inciderat in anni fine 5810. a mundi origine. Unde concurrentia haec ejusdem feriae primae in fine anni & ab Incarnatione 1801, & a Mundi origine 5810? Quo fieri hoc potuisset, ut in eadem feria prima verum Plenilunium accidisset, nisi annus Lunaris ab O. C. 1810. cessavisset in anni ab Incarnatione 1801 die Martii vigesima nona? Sed mittamus diei relationem, nam ex momento, quo in anno 1801 Plenilunium vernum acciderat, etiam analogia, & relatio inspicitur, quoniam ex veriori puncto calculantes pro Epocha currenti comperimus in eadem hora renovatum fuisse, in qua computa demonstrarunt evenisse in fine anni ab O. C. 1810. (D).

(D) Prætermissis Astronomorum discrepantiis circa horas, & momenta partim ex meridianorum diversitate, partim ex calculantium inadvertentia obortis, liceat mihi hic momentum inquirere renovationis Plenilunii verni anni 1801. In priori parte expostulabat demonstrationis ordo, ut alienis uteremur tabulis, quia illic Plenilunii diem attingere sufficiebat, ut favente Deo fecimus, hic corrigendi, quæ ibi minus exactæ calculatæ fuere, diei partes denominatæ datur occasio. Itaque ad confirmanda, quæ ibi demonstrata fuere, & ad Epochas nostras vindicandas opus non erit inutile, investigandi diem, & horam verni Plenilunii ann. 1801, ex quo quasi ex absi prior exurexit demonstratio. Quoniam itaque factum est, ut post tam illustrem, tamque famigeratam Ecclipsim solarem diei 11 Februarii 1804 ad hanc elucubrationumculam iterum manus, & oculos apponeremus, priorum confirmatoriam tertiam partem addentes, ex ecclipseos illius momento plenilunii verni anni 1801 investigabimus.

Ecclipsis hæc non Astronomorum solum, verum etiam cujuscumque cœtus hominum testimonio, qui Romanas speculas observaturi decorarunt majorem soli obscuritatem tribuit hora 18 36' 12" 58''' horologii italici, diei vero 11 Februarii, quæ hora secundum ordinem dierum naturalium a media nocte computandorum fuit 12 06' 12" 58''', quia noctis dimidium ea in tempestate sub Romæ meridiano est hora 6 30' horologii italici.

Plenilunium, cujus renovatio investigatur est, quod anno 1801 circa vernum Aequinoctium accidit. Ab Ecclipsi data ad Plenilunium quæsitum tres intercesserunt anni Gregoriani tropicis æquales, & æquati a centesimo præcedente, qui non fuit intercalaris, & a bisextili currente eodem in anno 1804. Quoniam vero, ut alibi diximus, solaris annus est dierum 365 5 49 & Lunaris dierum 354 03 48' 38" 12''' differentia annua est dierum 10 21 00 21 40''' hæc vero est aequalis intervallo, quo singulis in annis tempus Lunare, suæque phases anticipant renovationes. Si ea propter accipiatur differentia data, fiatque 10 21 00' 21" 48 X 3 = 32 15 01' 05" 24''', colligetur in anno 1804 Lunares phases prae anno 1801 anticipasse dies 32 15 01' 05" 24'''.

CXXXVII. Ut in annorum 5810 dierum Lunarium serie factum fuit, sic fiat in Solaribus diebus decursis a prima Mundi origine ad verni usque aequinoctii renovationem in anno 5810 factam. Tempus hoc in prima Epocha nostra dies numerat 1476675 in secunda 645384 & in utraque simul sumpta dies omnes sunt 2122059, quibus si addantur tres dies ante solis existentiam factos ex puncto, in quo ex nihilo facta sunt omnia, inspicietur in Europa Aequinoctium renovatum fuisse hora tertia 15 Feriae a mundi origine 2122062. Haec vero Feriarum eries in hebdomadae die quinta desinit. Solaris igitur annus 5810 a mundi creatione cessavit cum Feria hebdomadae quinta, sive cum Jovis die (E).

Hæc eadem anticipationis quantitas exurgit si fiat:

Anni cujusque Solaris dies sunt 365 05 49 X 3 ——	1095	17	27		
Anni Lunaris dies sunt . 354 08 48 38" 12"' X 3 =	1063	02	25'	54"	36"'
Exponens in tribus annis anticipationis erit . . .	32	15	01'	05"	24"'

Hæc anticipatio addatur Eccilpseos puncto, in quo major Solis defectio sub Romano meridiano accidit, quia ex notissimis tunc vera oppositio facta fuit, Noviluniumque renovatum. Fiat itaque.

1804 Novilunium cum Ecclipsi Februarii die	. 11 hor.	12	06'	12"	58"'
Trium annorum anticipatio ex præc. Notatis	. 32	15	01	05	24
Summa est dierum	. 44	03	07	28	22
Dematur Lunationis hembolemicæ occursæ in tribus intermediis annis quarti æqualis diebus	29	12	44	03	11
Et erit anno 1801 Novilunium Martii die . . .	14	14	23	15	11
A Novilunio ad Plenilunium intervallum est dierum,	14	18	22	01	36
quod additum Novilunii puncto reddit in 1801 anno Plenilunium Martii dio	29	08	45'	16"	47"'

(E) Ex Nota (E) sub §. 87 Solares anni 4043 diebus sunt æquales . . . . 1476674 20 47"

Ex Nota (T) sub §. 37 Solares anni 1767 sunt æquales diebus. 645383 06 3

Igitur in cunctis annis 5810 dies fuerunt dies 2122058 02 50

Quare in fine anni 5810 Aequinoctium accidit in hora 2 & 50' diei in Europa a Solis origine, 2122059 superadditis præcedentibus a principio creationis 3

Accidit die 0122092

CXXXVIII. Vidimus Aequinoctium, vernum, quod cum Feria 2122062. a mundi constitutione terminum appendebat anno ab O. C. 5810, renovatum in Europia fuisse hora

Eae Feriæ in hebdomadas eadem methodo, & mensura, qua Lunaris temporis dies distribuantur in sequenti typo 5

Divisor. 7 Feriæ 2122062 Quotus 30315 — 5

5

22

18

36

12

5

Ex hac operatione inspicitur in fine anni 5810 Aequinoctium vernum renovatum fuisse in Feria quinta hebdomadæ 30316 a Mundi origine.

Expedit hic animadvertere, quod Aequinoctium renovatum hora 2 50 post dimidium noctis Feriæ 2122062 in horologio italico accidit hora 8 20 post noctis dimidium, quia hoc ea in tempestate obsignatur hor. 5 30.

Nunc ad aliam observationem gressus faciamus. Ex Nota (B) sub §. 134 Plenilunium observastis renovatum in fine anni 5810 in Feria a Mundi, & rerum omnium orinine . . 2122071 08 52' 34" 20'''

Ex Ecclipsi calculantes observastis sub Romæ meridiano idem Plenilunium renovatum Martii die 29 08 45 16 17

Nunc, observate exponentium differentiam 00 00 7 27 33

Et cosmographorum, astronomorumque accedat inspectio, & ratio dabitur concludendi, Romæ meridianum citra 180 gradus e diametro distare & creationis terra, distantiamque æqualem esse datæ temporis differentiæ 00 00 6' 17" 33'''

Hæc eadem differentia, seu distantia invenitur in regressu Aequinoctii.

Quare, quoniam ex creationis, & Mesopothamiæ meridiano Aequinoctium accidit hora 2 50, ut investiatur momentum, in quo accidit sub Romæ meridiano, eadem graduum differentia tempore æqualis momentis 6 17 05 subtrahenda est a priori exponente, & quoniam in solari tempore non computantur momenta secundæ, & tertiæ speciei tautum momenta subtrahenda sunt.

Itaque in fine anni 5810 ex Mesopothamiæ meridiano, & ex creationis loco Aequinoctium accidit a rerum creatione die 2122061 02 50

Graduum sive meridianorum differentia 7

Ergo sub Romæ meridiano in fine 5810 anni Aequinoctium vernum accidit 2122061 02 43

Hora hæc in horologio italico mediam noctem ea in tempestate obsignante hora 5 30, fuit 8 13 post Solis occasum.

tertia Feriae hebdomadae quintae; Instituti nunc ratio exigit, ut in qua Martii die, & in qua hebdomadae feria hujus currentis anni 1801 inciderit Aequinoctium vernum investigenus. Tergiversari nullimode vero potest, vernum Aequinoctium in Kalendario Gregoriano dati anni 1802 in Martii decima nona rediisse, ut Astronomi omnes testantur. Ineluctabilibus computis evincere possemus, & modo non vacat, & breviori via de illius momento sed certitudinem perveniemus ob ea, quae infra patefiat. Nunc Astronomos appello, ipsi verum fateantur, ratique erimus Martii die decima nona illud fuisse renovatum. Illam vero Feriam fuisse in hebdomada quintam aperienti cuiquam Kalendarium coram inspicere datum est. Non absonum ergo est, dicere, hanc Feriam quintam in hebdomada, & Martii decimam nonam fuisse illam, in qua cessavit annus ab O. C. 5810, quaeque fuit 2122062 a rerum origine.

CXXXIX. Non solum Feriam consonantia in renovationibus Plenilunii & Aequinactii evincit; annum a Rerum creatione 5810 finem, habuisse in anno ab Incarnatione 1801, & a Salvatoris Morte 1767, sed etiam distantiae aequalitas quæ manifestatur tam in anno 1801, quam in anno 5810 inter Plenilunii, & aequinoctii regressus. In utraque enim annorum serie ab aequinoctio ad Pleniluneum distantia aequalis, & analoga est excessui, & excessus in utraque est idem. Quare distantiae sive excessus aequalitas evincit, annum Solarem 5810 cessesse cum verno aequinoctio anni ab Incarnatione 1801, & Lunarem 5810 paritur cessasse cum verno Plenilunio eiusdem ab Incarnatione anni.

CXL. Rem clarius explorabimus, nostro hoc in anno 1801 secundum Gregorianam institutionem inspecto, die Martii decima nona rediit aequinoctium; consulite Ephemeridum compilatores, vel Ephemeridas ipsas currenti pro anno publicatas, & ad hanc diem describi variatis horis aequinoctium inspicietis. Ego vero vobis certam veramque dabo horam si permittitis, ut missis longioribus computis, anfructibus multis, multisque animadversionibus obnoxiis, accipiam residuales & denominatas partes, quas in Romae meridiano invenimus in fine anni 5810, & attribuam diei, de quo in Gregoriano Kalendario non dubitatur, quin fuerit Aequinoctii. Si per-

mittitis, quod juste, & aeque postulatur, rati erimus, Aequinoctium vernum renovatum fuisse hora tertia post mediam noctem diei undeviginti Martii (F).

CXLI. Rati, certique, Aequinoctium vernum anno 1801 renovatum fuisse hora tertia diei undevigesimae Martii, ratique ex computis supra datis Plenilunium vernum eodem in anno nostro accidisse Martii die vigesima nona hora vero nona, rati, certique pariter erimus distantiam inter illa temporis accidentia fuisse dierum decem & horarum circiter sex, quanta scilicet, est inter horam tertiam post mediam noctem diei undevigesimae Martii, in qua Aequinoctium fuit renovatum, & diem Martii vigesimam nonam in cuius hora nona Plenilunium rediit (G).

(F) Non fallaci utimur argumento, neque principii repetitione peccamus, si brevitatis gratia dicimus Aequinoctium vernum, quod currenti anno 1801 Gregoriano intra diem Martii decimam nonam accidisse ex ephemeretibus omnibus constat, & communis est Chronistarum, Astronomorumque assertio, incidisse hora 2 43 uti ex sequenti calculo ostendetur pro Romæ horizonte.

Anno 5810 Aequinoctium vernum renovatum fuisse hora 2 50 post mediam noctem Europaeorum in horizonte e diametro opposito creationis loco ex computo didicimus dato in Nota (E) sub §. 137. Dicere ideo possumus, currenti hoc in anno 1801 in meridiano creationis loco e diametro opposito incidisse in Martii die 19 hora a media nocte 02 50'

Quoniam vero vidimus in Nota eadem (E) sub eodem §. 137 Romæ horizontem ultra 180 gradus e diametro distare a meridiano, distantiamque esse æqualem momentis 07

19 02 43

dicere possumus, & pro certo ponere sub Romæ meridiano Aequinoctium currenti in anno 1801 incidisse in Martii die 19 02 43 a media nocte, quæ in horologio italico est 8 13.

(G) Ex demonstratis vernum Plenilunium anni 1801 fuit in Martii . . . . 29 08 45' 16" 47'''
Vide Notam (D) sub §. 136.

Ex Nota præcedenti (F) sub §. 148 Aequinoctium accidit Martii 19 02 43

Differentia dierum 10 06 02' 16" 47'''

Subtracto itaque a majore exponente Lunaris renovationis a minore solari, uti in typo factum fuit, Distantia inter Aequinoctium citius renovatum eo in anno, & Plenilunium fuit dierum 10 06 02' 16" 47'''

CXLII. Quaenam vero fuerit distantia abs verno Aequinoctio ad Plenilunium eiusdem tempestatis in fine anni 5810 perfacilis est disquisitio, haec enim aequalis est excessui, quo unum Solare ab altero Lunari superatur tempus. Excessus vero ex comparatione tam differentiae manifestatae in fine anni ab O. C. 4043, in quo Christi mors evenit, quam alterius Epocae annorum 1767 a Christi morte ad annum 1801 Epocae ab Incarnatione decursorum cito innotescit, si unius, & alterius temporis differentias in unam coarctamus summam, vel si utraque tempora, solare & lunare invicem comparamus: utra methodo procedentes certiores erimus, in fine anni ab O. C. 5810 tempus lunare fuisse maius solari excessu horarum sex, & dierum decem. Certi namque sumus, Plenilunium in fine anni ab O. C. post dies decem, & horas sex ab aequinoctio finem tribuenti solari anno 5810. renovatum fuisse (H).

CXLIII. Nunc audacter sciscitor: Differentiae huius dierum decem, ac horarum sex aequalitas, quae apparuit, & manifestata fuit tum in fine anni 1801 Epocae vulgaris,

(H) In annis 1767 qui sunt a morte Christi ad annum 1801 Lunaris exdcessus, ut vidimus in Nota (V) sub §. 35 est dierum 7 20 16' 31" 45'''
In annis vero 4043 ex Nota (L) sub §. 94 est dierum 2 09 46 02 35
In annis 1767 + 4043 = 5810 Excessus temporis Lunaris in totum est dierum 10 06 02 34 20
Confirmatur in annis 5810 ex Nota (B) sub §. 134 dies Lunares numerantur . . . . . . 2122068 8 52' 34" 20'''
Ex Nota (E) sub §. 137 in annis 5810 dies solares numerantur 2122058 2 50

Idem ergo redit dierum excessus . . . 10 5 02 34 20
Ex præcedenti Nota (G) sub §. 141 in currenti anno 1801 ab Aequinoctio ad Plenilunium distantia fuit dierum 10 6 02 16 47
In utrisque igitur annis eadem fuit distantia cum discrepantia momentorum 17 47

Comparatio hæc excessuum, sive distantiarum quoniam evincit, illas fuisse omnino æquales, & simillimas, evincit pariter in eadem ratione ad primum Mundi annum fuisse & Epochæ ab Incarnatione 1801, & Epocæ O. C. 5810, binosque illos annos præter nomen ob diversas Epochas attributum in nihilo differre, esseque unum idem, si ita loqui fas erit. Fasque, refasque sit, bini in eadem distantia sunt cum Mundi principio, secus distantiarum differentiæ, non essent homologæ, & æquales.

tum in fine anui ab O. C. 5810 nonne evincit, in verna tempestate anni 1801 Epocae ab Incarnatione cessasse annum a rerum creatione 5810? Quomodo namque fieri potuit, ut esset abs Aequinoctio ad Plenilunium distantia aequalis, eadem in fine utriusque Epocae, nisi annus a mundi origine 5810 fuisset idem, ac annus ab Incarnatione 1801? Si esset diversus, quomodo Plenilunii, & Aequinoctii renovationes essent analogae, & aeque distantes? Ego enim quoniam in currenti anno 1801 abs verno Aequinactio ad Plenilunium distantiam invenio aequalem excessui dierum decem ac horarum sex, quo in annis 5810 a lunari exceditur solare tempus, neque aliam sufficientem invenio huius aequalitatis causam, non dubito, quin solaris ab O. C. 5810 annus expleverit cum æquinoctii renovatione facta hora tertia decimae nonae Martii, & Lunaris vigesimae nonae hora nona ejusdem mensis, quando Plenilunium renovatum fuit.

CXLIV. Quid vobis videtur? Equidem mea me tenet sententia, quia singulae temporis, affectiones quae in fine anni 5810 evenire debebant, etiam in fine 1801 anni ab Incarnatione analogae inspiciuntur. In eadem Feria hebdomadae quinta Aequinoctii regressio in eadem Feria prima Plenilunii renovatio. Eadem ab Aequinoctio ad Plenilunium distantia, eadem dierum, & horarum homologia. Analogia hæc feriarum, distantiæque dari non posset, nisi annus ab O. C. 5810 fuisset, qui nunc 1801 ab Incarnatiune dicitur? Non consonaret Feriarum ordo, non daretur Plenilunii, & Aequinoctii verni univoca regressio, si binae a nobis datae Epocae, & simul sumptae in numero discreparent abs annis a realis temporis extensione confectis. Quidquid analogiae, & relationis comperitur in fine anni 5810 comperitur etiam in fine anni ab Incarnatione 1801, inspicitur insuper in quolibet alio anno, & in quolibet binarum progressionum consono termino. Nonne igitur relatio haec, seu potius armonica Feriarum, distantiarumque affectio evincit, a nostris Epocis simul sumptis annorum constitui seriem vero, realique tempori aequalem ut satis ostensum; eumdem ab Incarnatione annum 1801 esse analogum, & relativum tempori realiter decursi a prima Mundi origine ad vernalia usque Plenilunium, & Aequinoctium data, sicuti nos demonstravimus?

CXLV. Evidentissima haec sunt, & luce ipsa clariora. Utique consonantia haec, vel potius armonia, qua cum finales Feriae procedunt in annis utriusque Epocae, & cum qua in reliquis affectionibus unisona, similis, aequalisque efformatur distantia & temporum differentia observari, efficique minime posset, si major, vel minor, quam ab Epocis nostris datur annorum numerus, & Solis Lunaeque esset motus major vel minor, et realis temporis extensio. Quare neque propter petulantiae spiritum, neque propter contradicendi Libidinem, nisi a fatuo obstari poterit quominus, tot sint Solis & Lunae anni, quot Epocae nostrae simul sumptae enumerant annos.

CXLVI. Vindicavimus tandem temporum rationem. Idealibus,fallacibusque non adhibitis normis, extra fictitiorum Cyclorum inestrigabile Labyrinthum, lunaris tantum, solarisque motus affectionibus inspectis indubias dedimus, Epochas. Naturae quaestionum accommatatissimis principiis evidentissime probavimus in primo anni ab O. C. 4010 momento, & illius diei, in quo Aequinoctia verna renovata fuere Salvatoris naturam divinam cum humana fuisse conjunctam. Demonstravimus, ipsius Salvatoris mortem in fine anni aetatis suae trigesimi quarti, & ab O. C. 4043 pro omnium vita evenisse. Probavimus Solis, Lunaeque actates annorum numero 5810 ab Epocis nostris simul sumptis esse aequales. Nunc ex certiore tempore, & momento, in quibus comperimus verum Aequinoctium, & Plenilunium renovatum in currenti anno 1801 oportet clarius ostendere momenta; & dies, in quibus anno aetatis Chrirti trigesimo quarto, in Romanorum Kalendario evenere eadem temporis accidentia, quae sunt annorum limites, ut inde confirmetur, Martii vigesimam quintam eo in anno occurrisse cum Judaeorum decima quinta Nisan, in qua Salvator Mundum moriendo vivificavit.

CXLVII. Consulto reticitum consultius manifestabitur. Rectus ordo rei tractandae accomodatus id in prima parte exigebat, ut diem non horas inquireremus Plenilunii, & Aequinoctii, nunc horas, & momenta, in quibus illo in anno acciderant haec duo solaris, & lunaris temporis accidentia exactiori computo investigare juvat certam habentes semitam, verumque terminum a datis Plenilunii, & Aequinoctii renovationibus factis in curren-

ti anno (I). Aequinoctialis renovationis in anno trigesimo quarto praeponatur.

CXLVIII. Ordine ut procedamus, & in demonstratione allucinatio ne oriri queat, hic praemostranda Gregorianae Reformationis affectio, & relatio cum tropicis, & Julianis annis a morte Christi ad currentem decursis. Jam itaque demonstravimus annos Gregoriani Kalendarii tropicis solaribus suppares esse §. XXXVI cum nota X. Ast hic animadvertendum illius correctionem respectu tropicorum fuisse dierum sexdecim, quia decem fuerunt ablati anno 1582, unus abs seculari anno 1700 & alter ab altero seculari 1800; quatuor vero alii cum Aequinoctiorum remotione a die Martii vigesima quinta ad primam post vigesimam. Quare in annis 1767 a trigesimo quarto

(I) In oppido *Babucum* nomine, olim civitate, testantibus Dionysio Alicarnssaco L. 4 in vita Anci-Martii Romanorum Regis anno 114 ab. V. C. ante Jesu Christi Incarnationem 639 regnantis. Et L. Floro post exactos Reges L. 1. C. 2. de hern. bello ad hæc incumbuimus ocia, ibique morantes Litteras Romam misimus cuidam, & amicitia, & necessitudine adictissimo rogantes, ut ab Astronomiæ peritis de Ecclipsis momento diei 11 Februarii 1804 commonefieri curaret, ut nos inde & Speculis, & machinis privos certiores redderet. Ipse nostris receptis votis, nobis rescripsit, se rescivisse dictam Ecclipsim in puncto magnæ immersionis, ex qua Plenilunium calculatur, observatam fuisse in 18 36' 18" 58'". Ex hac hora, ac momentis calculantes invenimus Plenilunium in Martii die 29 08 45' 16" 47'" prædicti anni 1801, ut ex Nota (D) sub §. 146. Fefellerint Romana horologia fefellerint Astronomi, vel meus relator, nescio, hoc scio, quod quoniam in reali tempore calculato a mundi origine distantia Plenilunii ab Aequinoctio ex Nota præcedente (H) sub §. 142 in anuis 5810 fuit dierum . . . 10 06 02' 34" 20'"

Ex computo vero ab Ecclipsi desumpto pro 1801 anno ut ex Nota (G) sub §. 141 distantia fuit dierum 10 06 02 16 47

Et ut vidimus in data Nota (H) sub §. 142 cum Differentia . . . . 17 33 Differentia hæc non afficit, neque destruit demonstrata, quia error utcumque obortus, est perminimus, neque substantiis, sed solum innuendi sufficiens est, Novilunium cum Ecclipsi accidisse Romæ non momentis mihi indictis sed post alia 17" 33'". Equidem si alia plura momenta prætermissa fuissent, id semper esset verum, quod inter Aequinoctium, & Plenilunium distantia intercessit dierum 10 6, semperque habetur eadem distantia homologa, & æqualis illi, quæ in anno ab. O. C. 5810 se manifestavit. Quare semper pariter verum est, utriusque Epocæ annos esse homologos, & æqualiter distantes a mundi initio.

ad currentem decursis juxta annorum formam triplicem triplex habetur dierum summa . Et quoniam in iisdem annis 1767 error propter undecim horarum momenta Julianis annis prae tropicis attributa , summam tantum dierum tredicim constituit , hoc sequitur , quod si Aequinoctia in Juliano Kalendario a propria sede nunc remota , ad diem Martii vigesimam quintam , uti erant a principio , restitui velint , dies sint abreviandi tredecim , ast si cum Gregoriana annorum forma velint reponi regredientica ad Martii vigesimam primam , dies tantum sunt delendi novem a civili anno Juliano , quin ex diebus tredecim realis augumenti in Julianis 1767 prae totidem tropicis subractis residuales quatuor ex diebus sexdecim totius correctionis summae , habiti post divisionem per duodecim in reformatione abstractos , novem tantum remanent (K) .

CIL. Ex hac correctionis forma Gregoriana dies , in quibus

(K) Gregoriana correctio Julianis annis dies dempsit decem an. 1582, & alia duo in secularibus annis 1700 , & 1800 , sed Aequinoctia non restituit vigesimæ quintæ Martii , quare illis attribuendo vigesimam primam alios quatuor depressit dies , ex quo anni 1767 Gregoriani per dies 16 minores sunt totidem Julianis per dies vero 4 per totidem tropicis .

Ex Nota sub §. primæ partis vidimus momenta 11 ultra reale tempus tropici anni attributa 1767 Julianis constituisse dierum summam 13 11 57 excessus idem visitur si fiat .

Ex Nota (P) sub §. 28 in 1767 Julianis annis numerantur dies	645396	18	
Ex Nota (T) sub §. 36 in 1767 Tropicis annis numerantur dies	645383	6	3
Inter Tropicos igitur 1767, & Julianos annos est Differentia	13	11	57

Et quoniam 1767 annorum Julianorum dies sunt .	645396
Et ob Gregorianam Reformationem subtrahendi suut dies	16
hinc si fiat	
In annis 1767 Gregorianis numerantur dies . . .	645380

Annorum Tropicorum 1767 dies sunt	645384
Annorum vero Gregorianorum 1767 dies sunt	645380

Exurget inter illos Differentia dierum . . . . 000004 ob quam Aequinoctia non amplius redeunt ad vigesimam quintam , in qua a Reformatione reponi debuisset , sed ad vigesimam primam regredi civili computo supponuntur . Ex eadem differentia dierum quatuor fit , ut in utroque Kalendario Aequinoctiorum regressus differet per dies novem ita ut nobis supponentibus eadem ad Martii vigesimam primam Juliano Kalendario utentibus redeat ad duodecimam . Ratio est quia $16 - 12 = 4$ & $13 - 4 = 9$.

aequinoctia verna supponuntur regredi in alterutro Kalendario distant per dies novem quare, quae in Kalendario Gregoriano supponuntur regredi in Martii vigesima prima, in Juliano renovantur cum Martii decima secunda. Hinc currenti in anno Juliano aequinoctium rediens in Martii duodecima, si ad diem vigesimam quintam restitui velit tredecim essent abrogandi dies, si vero cum Gregorianis novem essent delendi, ut Julianorum Martii decima secunda vigesima diceretur prima. Haec est civilis affectio inter dies aequinoctiales in utroque Kalendario.

CL. Abs residualibus diebus septem, qui ex alteratione dierum sexdecim remanent post dies novem constituentes distantiam civilem inter dies aequinoctiales utriusque Kalendarii, distantia realis, & astronomica constituitur, ex quo fit ut dies, in quo aequinoctium accidit Juliano Kalendario utentibus, distet per septem ab eo, in quo accidit in Gregoriano, sicque correctionis dies sexdecim in binas partes dissecti in aequatione sunt. Pars una dierum novem distantiam civilem assignat inter Kalendariorum amborum aequinoctiales dies. Pars altera dierum septem inter dies, in quibus regressio accidit.

CLI. Coeterum quamvis inter dies Kalendariorum, in quibus aequinoctia redire supponuntur, distantia intercedat dierum novem, ita, ut in Juliano ad Martii decimam secundam redeant, in Gregoriano ad vigesimam primam redire supponantur, realis vero dierum distantia est dierum septem, quia in annis 1767 a Salvatoris morte decursis ad currentem horae 12 post dies 13 efformatos ab annis Julianis ultra tropicos, diem solidum constituunt in comparatione habita sine partibus temporis denominatis. Quare non tredecim, sed dierum quatuordecim est excessus 1767 Julianorum prae totidem tropicis. Gregoriana vero Correctio duodecim tantum dempsit. Ergo duo vacantur, & efficiunt, ut distantia civilis dierum aequinoctialium, & Kalendariorum excedat per dies duo distantiam realem. Quare ex computis datis quoniam distantia civilis est dierum novem, realis sit oportet dierum septem. Quae binae distantiae simul sumptae dies reddunt sexdecim a Gregoriana Reformatione deletos. (L)

(L) Quoquo modo consideretur annorum relatio, quoniam dierum nu-

CLII. Nec secus se relatio habere potest, nam facta in civilibus annis & in dierum numero variatio, & Feriarum ordo submotus, & denominatio mutant, dies tantum civiles, & Kalendaria diversa procedunt progressione, ut nobis dicendibus diem Mensis primam, illis sit praecedentis mensis decimanona, & nostra vigesima quinta in Juliano Kalendario decima tertia ob duodecim dies ablatos dicitur. Ex mutata vero mensilium dierum denominatione, nullimode fuit astronomica temporis progressio affecta, quia haec minime a Kalendariis subverti potest, sed Kalendaria ipsa a reali tempore moderantur. Hac de causa duplex est dierum distantia aequinoctialium, una dierum novem inter civiles dies, in quibus aequinoctia redire supponuntur in Kalendario Gregoriano, & altera dierum septem, quae habetur inter diem, in quo realiter accidit in Gregoriano Kalendario, & diem, in quo accidit in altero Juliano.

CLIII. Quae cum ita sint, quoniam in Kalendario Gregoriano dies Martii vigesima prima habetur pro vernalium aequinoctiorum die, haec vero quoniam per dies no-

merus a reformatione abreptus non est æqualis dierum numero 13 11 57' in annis 1767 a 11 momentis, de quibus alibi diximus, semper fit, ut duplex exoriatur differentia realis una dierum septem, apparens altera dierum novem. Et quamvis in Kalendario Gregoriano Aequinoctia supponantur redire ad vigesimam primam, sepe in communibus annis redeant in die vigesima, in bisextilibus in decima nona.

Differentia hæc diernm duorum inter realem, & civilem distantiam etiam invenitur, si fiat.

Anni tropici 1767 ex notis supradatis constituuntur a diebus	645383	06	3
Anni Gregoriani 1767 ex Nota (I) sub §. 148 constant diebus	645380	18	
Non attentis temporis partibus denominatis dierum differentia est dier.	2	12	3
In annis 1767 Julianis ex Nota (K) sub §. 148 excessus est dierum 13	2	12	3
Et utrique simul sumpti dies solidos dant 1	6	00	00

Solidi integrique dies isti 16 reddunt quantitatem dierum a Gregoriana Reformatione conflatum per dies 10 ablatos anno 1582, & per 2 annis 1700, & 1800, ac per 4 relinquendo Aequinoctia in die 21 Martii, ut erant in tempore Concilii Nicoeni remoti a Juliana sede Martii 25 per totidem dies 4. Ipsi vero dies 16 = 9 + 7 æquales pariter sunt apparenti differentiæ dierum 9 de qua in Nota (K) sub §. 148 & reali, dicsum 7 de qua hic disserimus.

vem a Martii duodecima distat, ex differentia civili habetur in Kalendario Juliano currentis anni 1801 aequinoctia rediisse in Martii decima secunda. Hoc idem demonstratur ab astronomica dierum septem differentia. Nam nobis hoc in anno Aequinoctium rediit in Martii decima nona. Haec distat per septem dies a duodecima. Ergo ex reali, & astronomica dierum distantia pariter fit evidens, Aequinoctium rediisse in die Juliana decima secunda Martii. Qua vero hora? In eadem, qua nobis, scilicet hora tertia, quia, ut diximus astronomica, & realis regressio minime subvertitur a Kalendariorum affectionibus.

CLIV. Hora igitur tertia diei duodecimae Martii Kalendarii Juliani in currenti anno 1801 sub Romae meridiano aequinoctium accidit. Huic partium denominatarum, exponenti scilicet horis tribus, addantur horae sex quae in annis tropicis 1767 exurgunt post dies solidos, qui in prima parte fuerunt calculati. Reddantur insuper dies 13 cum suis partibus denominatis currentis anni exponenti, & exurget exponens diei, & momenti, in quo Aequinoctium vernum eo in anno trigesimo quarto accidit; Exurget exponens significans, illud eo in anno renovatum fuisse hora vigesima prima diei vigesimae quintae Martii. Equidem aequinoctialis dies in currenti anno 1801 dicitur, estque duodecima Martii, quia ob excessum undecim momentorum ultra tropici anni quantitatem civilibus annis attributorum per dies tredecim Aequinoctia a priori recesserunt sede, diesque, quæ olim in Kalendario dicebatur vigesima quinta, nunc duodecima appellatur. Summa vero, quae ex tribus partium denominatarum exponentibus exurgit, scilicet ex reali, & astronomico hoc in anno manifestato, ex eo, orto ex annis 1767 tropicis, & ex differentia inter tropicos, & Julianos in aequatione ponit dictos exponentes, & partes denominatas illius anni assignat. (M)

(M) In Gregoriano anno 1801 ex Nota (F) sub §. 140 Aequinoctium Martii die 19 02 43
Subtracta reali differentia dierum 7

Idem Aequinoctium in Juliano Kalendario Martii die . . . 12 02 43
Ex Nota (T) sub §. 36 in annis 1767 partes denominatæ sive residuum 06 03

CLV. Jam intelligo multos non huic acquiescere demonstrationi, multosque contradicturos, ea propter objectiones praeveniens altero confirmo calculo. In annis 1767 solaribus, uti in prima parte explanavimus, exponens partium denominatarum assignat horas septem. Exponens vero realis regressionis est tantum horarum trium, uti superius ex Astronomorum computis, nostrisque evicimus. Quare cum realis, & manifestatus in regressu Aequinoctii sit minor eo, quod in 1767 manifestatur, recta ratio suadet, hoc factum, quia partes denominatae in annis 1767 conflatae, aliis præexistentibus ante annum trigesimum quartum conjunctae, & diem solidum constituère in fine currentis anni, & residuum horarum trium. Quae cum ita sint Arithmetica insinuat esse a residualibus horis tribus exponentibus realem regressum Aequinoctii in currenti anno subtrahendas horas sex in annis 1767 manifestatas, ut hora inveniatur, in qua anno trigesimo quarto idem accidit Aequinoctium.

CLVI. Ne omnia simul cum implicatione quadam diceremus opportunum duximus, minus rectam calcare viam, ad inveniendam horam, in qua Aequinoctium aetatis Christi anno trigesimo quarto sub Romae meridiano apparuit, sed ad veriorem statim accessimus, ex residuo horarum trium, quod currenti est manifestatum, subtrahendo sex horas in annis 1767 efformatas. Equidem quoniam ex Residuo horarum trium, quod in currenti anno est, quodque minus est eo efformato in annis 1767 apparet, in fine currentis anni 1801 eo fuisse auctas temporis partes denominatas ut in fine istius solidum, integrumque efformarint diem, annusque tropicus fuerit astronomice intercalaris dierumque 366, ac horarum trium; Residuum illud horarum sex, quod efformatur in annis 1767, & quod majus est in currenti anno manifestato, & horis tribus aequali est omnino auferendum, ex producto Re-

Ex Nota (K) sub §. 148 annorum differentia 13 11 57

Anno ergo 34 Aequinoctium vernum accidit Martii die . . 25 20 43

Item cum Gregoriano Kalendario supponentes Aequinoctium rediisse Martii die 21 & civilem subtrahentes distantiam dierum 9 invenimus Aequinoctium currenti anno 1801 in Kalendario Juliano accidisse Martii die 12. Quia vero regressionis hora minime pendet a Kalendariorum systematio, pariter fuit 20 43 a media nocte.

siduo,ut exponens habeatur partium temporis denominatarum anni trigesimi quarti, in quarum ultima aequinoctium fuit renovatum. Veriori hac & magis analoga computandi methodo iterum comperimus anno trigesimo quarto aetatis Christi aequinoctium incidisse hora prima post vigesimam diei Martii vigesimae quintae. (N)

CLVII. Nunc ex die, & hora, in qua nobis currenti in anno 1801 vernum Plenilunium accidit, qua Martii acciderit die in proposito anno trigesimo quarto investigemus. Et ut in Exponente regressionis Plenilunii anni trigesimi quarti eae tantum indicentur temporis partes denominatae, quae physice existebant, abs exponente, quod in currenti anno manifestatum est, secernantur, quae in annis 1767 factae sunt. Itaque quoniam ut in prima parte vidimus in annis 1767 exponens partium denominatarum temporis Lunaris est horarum trium, quo innuitur hoc in anno fuisse renovandum Plenilunium hora diei tertia, si eo in anno accidisset cum diei initio, ast quia certi, realisque momenti in quo nobis accidit Plenilunium, uti in hac parte computavimus, est horarum novem, evidens fit, excessum horarum sex spectare ad tempus Lunare, & ad ejus partes denominatas existentes, & conflatas ante initium anni trigesimi quarti. Quare evidens pariter est, manifestumque anno trigesimo quarto Plenilunium renovatum fuisse hora diei sexta.

CLVIII. Invento partium denominatarum exponente subsequatur dies, & ob dies tredecim abs momentis undecim quoquo anno civili Juliano attributis ultra astro-

(N) Ut ex duobus exponentibus residualium partium temporis solaris, uno manifestato in reali regressu, altero vero post annos 1767, ut habeatur exponens regressionis in anno 34 sic est procedendum.

1801 anno Aequinoctium in Juliano Kalendario Martii die .	12	02	43'
Subtrahatur Residuum solare, quod ex Nota (T) sub §. 36 est		06	03
Residuum	11	20	40
Reddantur dies solidi 14 indicati ab excessu oborto ex 11 momentis, de quibus alibi dissertum, & quorum summa est 13 11 57, quæ horæ 11 57 comparatione habita a die ad diem pro solido die accipiendæ sunt. Ideoque	14		
34 Anno Aequinoctium vernum in Martii die	25	20	40

nomicam quantitatem nostra currentis anni vigesima nona Martii sit Mensis ejusdem decima sexta, reddanturque dies duodecim Julianis annis propter Gregorianam reformationem ablati, & erit in compertis anno trigesimo quarto Plenilunium sub Romae horizonte accidisse Martii die vigesima octava hora vero sexta a media nocte. (O)

CLIX. Haec sufficerent, quia vero totus quaestionis nucleas in eo consistit, ut verni Plenilunii regressio inveniatur, in qua Martii die acciderit anno trigesimo quarto, ideo rem confirmare valde proficuum erit. Ad hanc vero lustrandam spartam animadvertendum, differentiam dierum quatuordecim a momentis undecim in annis 1767 constitutam inter annos tropicos, & Julianos in tempore Lunari in binas dissecari partes inaequales, unam dierum octo, a qua excessus temporis Lunaris supra 1767 tropicos exprimitur, alteram dierum sex; per quos 1767 anni Lunares minores sunt totidem Julianis. Ex

(O) Ex Nota (D) sub §. 136 eurrenti in anno Plenilunium accidit in diei hora		08	45'	16"	47"'
Ex Nota (U) sub §. 35 in annis 1767. Partes temporis lunaris denominatæ		02	19	31	45
Anno 34 ex præcedentibus annis partes temporis lunaris		06	25	45	02
Sit per hypothesim in currenti anno 1801 Plenilunium Martii die		16	25	49	02
Ex correctione ablati dies 12 reddantur, ...		12			
Et erit in anno 34 Plenilunium in Martii die . .	28	6	25'	45"	02"'
Clarius rem explicabimus					
Anno currenti Gregoriano Plenilunium Martii in die	29	8	45'	16"	47"'
Ex dierum exponente 26 auferantur dies 13 differentiales, & ex exponente partium denominatarum subtrahantur exponens partium denominatarum annorum 1767 hinc	13	12	19	31	45
Reddantur dies 12 correpti a Gregoriana Reformatione, ut temporum differentiæ in æquatione sint . .	16	6	25	45	02
	12				
Et iterum anno 34 Plenilunii exponens Martii dies	28	06	25'	45"	02"'

Calculus hic sine implicatione ob diversas differentiarum qualitates indixit anni 34 Plenilunii regressum fuisse in Martii 28 06 25' 45" 02"'

quibus excessibus & defectibus, ac differentiarum diversitate efficitur, ut Lunae decima quinta currenti in anno numeretur in die Juliani Kalendarii, quae posterior sit ab aequinoctii per dies octo, & anterior per dies quinque illa in qua anno trigesimo quarto idem Aequinoctium accidit. Quare cum dies vigesima Martii distet per dies octo, a die duodecima, in qua currenti in anno accidit Juliano Kalendario utentibus Aequinoctium & per quinque pariter dies sit anterior illa, in qua Plenilunium accidit in anno trigesimo quarto haec currenti in anno 1801 Lnnae decima quinta fuit.

CLX. Quamvis ista fuerit in civili computo relatio, ut currenti in anno Lunae decima quinta fuerit Martii dies vigesima, non haec tamen verificatur distantia inter dies utriusque Kalendarii, nam in reali, & astronomica dierum distantia in eadem phasi eadem est differentia, quam supra dierum septem observavimus in utroque Kalendario circa Aequinoctii regressum. Accidit in Kalendario Gregoriano Plenilunium Martii die vigesima nona, hora vero septima haec per dies septem distat a vigesima secunda. Ergo quia ex perverso Kalendariorum ordine minime regressionis hora pervertitur, in Juliano Kalendario idem Plenilunium currenti in anno 1801 accidit Martii die vigesima secunda hora pariter septima. (P)

CLXI. In annis vero 1767 a trigesimo quarto exclusive ad finem Astronomici 1801 decursis in prima parte didicimus, Lunares phases anticipasse per dies quinque, & horas sexdecim, seu verius per unam, & viginti horas ob excessum annorum civilium Julianorum, quae anticipationis quantitas currentis anni exponenti restituta exponit,

(P) Duplex ut vidimus a §. 147 ad §. 152 est in tempore solari dierum distantia astronomica una civilis, & vulgaris, altera duplex pariter est in lunari tempore. Astronomica, & realis, ut afficit æquinoctiales dies, sic pariter afficit lunarium phasuum dies. Et quoniam ex demonstratis hæc est dierum septem, ideo uti in Aequinoctiali regressu dies anni Gregoriani currentis per dies septem subsequentes distabit a die Juliani, sic lunares phases; Quare quoniam phasis, de qua quæstio habetur, est Plenilumium vernum, quod nobis renovatum hora 08 45 16" 47''' diei 29 Martii, illis accidit hadem hora diei 22 ejusdem mensis; quæ per dies 7 præcedit nostram.

hora septima diei vigesimae octavae Martii in fine anni trigesimi quarti Plenilunium evenisse. (Q)

CLXII. Jam innotuit, apud Romanos hora vigesima prima post mediam noctem Martii vigesimae quintae Aequinoctium fuisse renovatum anno trigesimo quarto aetatis Christi. Jamque innatuit in eodem aetatis Christi anno hora septima ejusdem Mensis vigesimae octavae Plenilunii phasim apparuisse. Utriusque regressiones ex currentis anni 1801 calculatae regressibus fuere. Quanta inter haec temporis accidentia eo in anno occurrerit distantia quis non videt? Omnes norunt, unum ab altero dierum duorum, ac horarum decem spatio distetisse. Pari vero distantia horarum quinquaginta octo Plenilunium post Aequinoctium redisse in fine anni ab O. C. 4043 ex superius demonstratis pari cum perspicuitate innotuit. Quare ex distantiae affectione, & aequalitate annum trigesimum quartum aetatis Christi fuisse, qui ab O. C. 4043 dicebatur, concludendum omni bono jure est (R).

(Q) In priori parte præsertim in Nota (P) sub §. 28 calculantes ex horis 18 quæ supersunt post dies solidos annorum Julianorum 1767 differentiam totidem superium annorum astronomicæ dimensorum illam invenimus dierum 5 15 40' 28" 15'''. Astronomicæ partes denominatæ h. 2 19' 31" 45''' subtractæ ex horis 24 illius diei, cujus horæ tantum 18. consideratæ fuere residuum dant dierum 5 21 40' 28" 15'''. Quare sic operetur.

1801 Juliano anno Plenilunium Martii die	22 08 45 16" 47'''
In annis 1767 astronomica differentia	5 21 40 28 25
34 Anno Plenilunium Martii die . . .	28 06 25 45 02'''

Vel fiat

1801 Juliano anno vernum Plenilunium Martii die	22 08 45' 16" 47'''
In annis 1767 ex Nota (P) sub §. 28 anticipationis quantitas dierum	5 15 40 28 25
Reddantur horæ sex, quæ cum horis 18 diem constituunt solidum, ex quibus horis 18 subtractæ fuerunt residuales horæ 15 40' 28" 15'''	6
Et iterum Plenilunium Martii die . .	28 06 25' 45" 02

(R) Ex Nota (O) sub §. 168, & ex Nota (Q) sub §. 171 anno trigesimo quarto ætatis Christi Plenilunium vernum accidit in Martii die . . . . 28 06 25' 45" 02''

CLXIII. Etiam partium denominatarum simillima, & aequalia exponentia evincunt, annum ab O. C. 4043 fuisse, qui in Epocha Christiana fuerat trigesimus quartus, & Martii vigesimam quintam in aetatis Christi anno trigesimo quarto eamdem fuisse, ac illam, quae a Solis existentia dies dicebatur 1476675 & a rerum creatione fuerat 1476677. Martii vero vigesimam octavam in cujus hora septima Plenilunium accidit illam fuisse, quae a Solis Lunaeque creatione dicebatur 1476678, & a rerum creatione 1476680 in cujus hora septima Plenilunium renovatum pariter fuit. In utriusque anni regressibus eadem est distantia, idem horarum partiumque denominatarum exponens, eadem in Aebdomali Cyclo Feriarum analogia, & relatio satis haec omnia ostendunt Annum trigesimum quartum aetatis Christi cessasse cum anno ab O. C. 4043 (S).

Ex Nota (M) sub §. 154 & ex Nota (N) sub §. 156.

Aequinoctium Martii die	25	20	40		
Differentia	2	09	45	45	02
Ex Nota (L) sub §. 96 in annis 4043 distantia est dierum	2	09	46	02	35
quæ est prioris major excessu				17	33

Cur in hac comparatione differentia momentorum 17" 33"' exurgat. consule Notam (I) sub §. 147.

Distantiarum horologia, & æqualitas, ac Feriarum analogia in hebdomadali periodo satis ostendunt, Feriam ab O. C. 1476677, in qua Aequinoctium incidit fuisse quæ in Epocha ab Incarnatione dicebatur Martii 25, Feriamque ab. O. C. 1476680, in qua Plenilunium renovatum fuit, fuisse, quæ in secunda Epocha Martii vocabatur vigesima octavam.

(S) Ex his, quæ diversis in locis inspeximus, valde evidens est diem a Solis creatione 1476675 fuisse in passionis anno eadem quæ apud Romanos dicebatur vigesima Martii quinta, diem 1476678 fuisse Martii vigesimam octavam. Hæc omnia ad oculum ponuntur a sequentibus comparationibus.

4043 Anno Aequinoctium in diei	1476675 h. 20 47.	Plenilunium in die	14766780 h. 6 23' 2" 35"'
54 Anno Idem. Aequinoctium in Martii die	25 h. 20 40'	Plenilunium in Martii . .	28 h. 6 25 45 2
Differentia	7		0 7 17 33"'

CLXIV. Sed tandem ad Asiam accedamus altero in Europa relicto pede. Vidimus Aequinoctium in Europa anno trigesimo quarto in Martii vigesimae quintae, quae in Epocha a rerum creatione 1476677 Feria erat, hora vigesima prima accidisse post noctis dimidium. In Asia vero quoniam Martii vigesima quinta incoepit in dimidio diei naturalis 1476677, & ubi in Europa erat meridies ex vigenis annis horis post diem naturalem 1476677 duodecim decurrerant cum Feria Asianorum 1476676 reliquae novem cum Feria a rerum creatione 1476677, & Martii vigesima quinta quae Feria utut appelletur in Asia incopit in dimidio diei naturalis 1476677. Quare ibi Aequinoctium accidit hora nona post noctis dimidium (T).

CLXV. Plenilunium vernum anno trigesimo quarto aetatis Christi sub Romae meridiano hora septima diei vigesimae octave Martii acciderat, in Asia vero ejusdem Plenilunii regrassus observatus fuit hora decima nona diei vigesimae septimae, Ratio est, quia Martii vigesima se-

In his vero comparationibus manifestatur tantum differentia momentorum septem quæ pariter visa fuit in Nota (E) sub §. 138 ubi animadvertimus istam ex meridianorum diversitate, & oppositione nasci.

(T) In Asia Feria a mundi origine 1476677 incoepit in dimidio diei naturalis 1476677, ubi in eodem dimidio cessavit in media nocte Feria præcedens 1476675; Martii vero vigesima quinta incoepta quando in Europa erat hora decima tertia ejusdem Feriæ, & cessavit quando duodecima cessabat hora Feriæ subsequentis. Quare hora vigesima prima Feriæ a rerum creatione 14766780 Europæorum fuit nona Asianorum; hinc in Asia Aequinoctium accidit hora 8 40 Feriæ 1475677, & Martii 25. Ad oculum ponitur.

In Europa Feria	1476677 20 40
Martii dies	25 20 40
In horologio italico	
Noctis dimid.	5 15
Summa horarum	25 55
Detractis diei solidi horæ	24
Subsequentis noctis hora	1 55 fuit
momentum renovationis.	

In Asia Feria	1476677 8 40'
Martii dies	25 8 40
In horologio italico	
Noctis dimidium	5 46
hora	13 55 Renovatio accidit

ptima Romanorum in Asia cessabat hora duodecima, & in Meridiei puncto illius Feriae, quae Romae dicebatur vigesima octava. Et quoniam idem Plenilunium accidit in Asia hora septima post meridiem, quæ spectabat ad primam diei naturalis semissem, quae in Asia est pars altera Feriae praecedentis hora septima post meridiem, est Feriae vigesimae octavae. Astronomicus itaque dies Plenilunium praecedens incoeperat hora decima nona diei vigesimae sextae. Considerantes enim Plenilunii hujus regressum, & Feriarum effectionem illico mente concipimus, illud eo in anno renovatum fuisse in Feria, quae ubique terrarum dicebatur vigesima septima, quamvis sub Romae meridiano, & horizonte septima numeraretur hora Martii vigesimae octavae.

CLXVI. Res cunctis notissima est, & a nobis dilucidata horam septimam post meridiem Asianorum esse septimam post noctis dimidium Europaenorum. Quare certum pariter est, in hora septima post meridiem, quae est decimanona a media nocte, & vigesima tertia cum semisse horologii Italici Martii vigesimae septimae in Asia Plenilunium, fuisse renovatum. Quae cum ita sint, quoniam in temporis initio annus primus, & mensis principium mensium incoepit a Plenilunii phase, cum illa cessare debuit in proposito anno trigesimo quarto, ideoque momentum, in quo Plenilunium accidit fuit terminum, a quo desinit antecedens annus, & a quo novus incoepit, itaque ex hora septima post meridiem retrograde numerando spatium viginti quatuor horarum diei naturali aequale, dies Plenilunii a quo cessavit annus Lanaris incoepit hora decima nona Feriae vigesimae sextae. Temporaria vero civilis oeconomia fieri non sinit, ut anni cessent, vel incipiant extra initium, vel finem Feriae, dicendum propterea, Feriam vigesimam sextam fuisse diem astronomicum, in quo cessavit annus Lunaris, Feriam vero vigesimam septimam fuisse, in qua ubique terrarum subsequens incoepit Lunaris annis.

CLXVII. Antequam ad concludendum accedam, eo in anno Mensis Lunaris decimam quintam occurrisse cum Martii vigesima quinta distantiam inter diem Plenilunii, & Aequinoctii prius considerandam credo. Acciderat Aequinoctii regressio eo in anno Europoeis hora vigesima prima post mediam noctam, in Asia vero post nonam a

media nocte Feriae vigesimae quintae. Accidit Plenilunium in Asia hora decima nona diei vigesimae septimae. Inter utriusque renovationes igitur, quamvis distantia fuerit dierum naturalium duorum cum semisse inter tamen finem Feriae vigesimae quintae, in qua accidit Aequinoctium, & initium Feriae vigesimae septimae, in qua accidit Plenilunium, tantum intercessit secunda semis Feriae vigesimae sextae, quae pariter fuit dies Plenilunii (V).

CLXVIII. Nec mihi negandum, Feriam vigesimam sextam illius anni Lunaris ultimam fuisse, diemque abs astronomica Epacta assignatam pro Plenilunii die, quia in ejus hora decima nona incoepit dies Plenilunii. Hac de causa dies Plenilunii etiam in Europa fuit vigesima sexta, quia in ejus hora decima nona a media nocte, & ab ejus Feriae initio Plenilunii dies incoepit, & quia in ejus naturali extensione horae vigintiquatuor illius astranomicam regressionem praecedentes immergebantur. Non semper tamen dies Plenilunii, quae Lunari Mensi, & anno ponit finem, cum civilis die anni, & Mensis ultimi congruit, ut Feriae quoquo modo copulentnr. Martii vigesimam sextam fuisse diem, in qua ex Plenilunium praecedentibus vigintiquaiuor horis multae numerabantur, jam fuit demonstratum, fuit pariter demonstratum ex Feriarum affectione, & extensione Feriam istam com-

(V) Cœterum in Asia Feriam Martii vigesimam septimam fuisse eam in qua incidit Plenilunium, etiam ex Aequinoctii regressu, & distantia inter hoc, & illud visitur, si fiat.

In Asia ex Nota (T) sub §. 174 Aequinoctium in Martii die	25 08 40 post mediam noctem
Ex Nota (L) sub §. 95 ab Aequinoctio ad Plenilunium distantia	2 09 46' 02" 35"'
Ergo in anno 34 Plenilunium in Asia accidit Martii die	27 18 26 02 35
Auferatur differentia, de quia in Nota (R) sub §. 172	17 33
Et anno 34 Plenilunium vernum in Martii die	27 18 25 45 02

In hora 18 25' 45" 02"' vigesimæ sextæ incoepit 24 horarum spatium præcedens renovationem, ideoque hæc Feria fuit Plenilunii, a qua desinit annus lunaris astronomicus.

munes habuisse horas duodecim cum Feria vigesima quinta, & duodecim cum vigesima septima. Utra ne prima, vel secunda Asianorum Feriae vigesimae sextae semis, fuerit in Mensis civilis decima quinta, hoc determinari tantum potest ab Epactarum civili cursu, & a differentia solari in annis 1767. Quare nunc tempus est, rudimenta exarandi, quae in prima parte dedimus, ut ibi demonstraremus vigesimam quintam nostri mensis eo in anno trigesimo quarto aetatis Christi occurrisse cum Mensis Lunaris decima quinta (X).

CLXIX. Martii vigesimam quintam nostro in anno Trigesimo quarto occurrisse cum civilis Lunaris mensis decima quinta ex distantiarum, & anticipationum currenti in anno manifestatis evincitur. Nunc itaque videamus quibus in diebus currenti in anno 1801 decima quinta Lunae fuerit ab Epacta numerata. In Kalendario Gregoriano currentis anni 1801 Epacta est XV. quae apposita ad Martii decimam sextam eadem ponit Neomeniam, sive Mensis lunaris primam, decimam vero quintam determinat in trigesima. In Kalendario Juliano Epacta est XXVI, quae Nomeniam signat cum die Martii quinta, decimam vero quintam cum ejusdem Mensis decima nona. Haec currentis anni dierum diversitas nobis dat, concludendi rationem, in anno trigesimo quarto Lunam decimam quintam coivisse cum Martii vigesima quinta. (Y)

(X) Tempus lunare utcumque dimetitur, semper habet partes temporis denominatas. Si per annos, horas habet quasi 9, si per menses, horas habet quasi 13 uti vidimus in Nota (H) sub §. 20 hinc evenit, ut in annis communibus quæque phasis non sit renovata ea in Feria, in qua annus incipit, vel desinit, sed quasi alternatim uno in anno, vel mense anticipet, vel posticipet finalis feria phasis renovationem. Hac de causa annus lunaris Astronomicus occurrens cum trigesimo quarto cessavit cum Feria vigesima sexta, quia fuit præcedens renovationi Plenilunii, quod in Asia accidit intra horam 19 Feriæ 27. Feria 27 fuit ea, in qua incoepit annus Astronomicus. Per civilem Epactam computando, quia Feria 26 quæ multas horas communes cum Feria 27 evasit prima subsequentis anni, & præcedens 25 fuit ultima & XV, in qua cessavit annus lunaris trigesimus quartus.

(Y) Recurrente aureo numero 16, cum sua congruente Epacta XXVI in primo Epocæ vulgaris Seculo, quin immo ante Gregorianam Reformationem Judæos octavo Kalendas Aprilis Sollemnitatem Azimorum celebrare consuevisse, & Christianos in subsequente Dominica Pascha sollemnizasse, docemur a P. Guilielmo Duranti in suo rationali Divini Offi-

CLXX. Quoniam enim hæc tropicorum annorum differentia cum Julianis annis in data serie annorum 1767 a trigesimo quarto ad currentem usque decursorum in diebus tredecim aucta in annis lunaribus in binas secatur partes, quarum una dat excessum, quo 1767 lunares sunt majores totidem tropicis, altera vero dat defectum, quo 1767 lunares sunt minores totidem Julianis; Et quoniam Juliana Epacta XXVI in currenti anno ponit Lunae decimam quintam in Martii decimanona, quæ distat ab Aequinoctiorum die Martii duodecima per dies septem, quae distantia aequalis est reali differentiae inter dies utriusque Kalendarii, de qua supra disseruimus, fit, ut differentia altera defectus dierum quinque, ac horarum sexdecim, seu potius viginti duarum habenda sit dierum integrorum sex. Excessus hic dierum septem, & defectus dierum sex datae differentiae dierum tredecim aequalis currenti in anno verificatur, nam dies Plenilunii cum Martii decima nona recurrens post dies septem ab Aequinoctio, & sex dies ante Martii vigesimam quintam satis evincit, currenti in anno decimam Lunae quintam ad Martii decimam nonam recurrentem in aequatione esse cum solari civili excessu. Et quia currenti in anno ab Aequinoctio distetit per dies septem, consequitur in anno trigesimo quarto occurrisse cum Aequinoctiorum die Martii vigesima quinta. Et quia nobis rediit in Martii decima nona, & sex dies ante ab ea, in quo rediit anno trigesimo quarto, pariter consequitur illo in anno Martii vigesimam quintam fuisse Lunae decimam quintam. (Z)

cii Lib. 8 de comput. & Kalendario part. 2 de termin. Pasch. Romae per Giorgium Laurum impress. anno Domini MCCCCLXXVII.

Eodem in Libro instruimur etiam, quomodo Epactarum usu dies lunarium mensium, & neomenia inveniebantur ante Kalendarii Reformationem. Longissimus essem, si vetus systema exponere vellem. Quid tunc significarunt Regulares, quid Claves, ambo correctionis loco, & vice ad inventa, & excogitata eodem in Libro & parte legere quisque poterit. Unum nobis rescivisse sufficit, quod primo in ævo, ubi in anno recurrebat cum aureo numero 16 Epacta XXVI Lunæ decima quinta numerabatur cum Martii vigesima quinta, uti nos sine hujus Auctoris auxilio satis, superque demonstrare sategimus.

(Z) In Nota (T) sub §. 34 vidimus annos 1767 tropicos esse minores defectu dierum 7 20 16" 31' 45 totidem lunaribus. In Nota (P) sub §. 28 vidimus in annis 1767 Julianis Lunæ phases anticipare debere per

CLXXI. Argumentum hoc desumptum ex affectione, & relatione binarum differentiarum, dierum sex, quibus Neomeniae in currenti Juliano anno 1801, coeterique lunares dies citius renovantur prae trigesimo quarto, & dierum septem, quibus sunt majores tropicis, ex quo Neomeniae tardius renovantur, tantam vim habere credo, ut illud unum sufficiat, evincere, ante annum, a quo progressio 1767 annorum incoeperat, Lunae decimam quintam occurrisse cum Martii vigesima quinta,

dies 5 15 40'' 28' 15'''. In Nota tandem (Bb) sub §. 41 vidimus haec duo exponentia, quamvis unum assignat excessum alterum defectum simul sumpta esse æqualia exponenti 13 11 57' defectum tropicorum 1767 præ 1767 Julianis. Multis in locis diserte observavimus Lunæ motum nihil conferre naturalibus diebus, observavimus etiam nihil aliud opus esse ad reddenda Aequinoctia diei, in quo erant anno trigesimo quarto, nisi solidos dies 13 auferre ab anno currenti Juliano non attentis partibus denominatis, quæ ex reali regressu accipi debent.

Et quoniam in Nota (L) sub §. 151 distantia æquinoctialium dierum utriusque Kalendarii fuit dierum 7, quibus citius in Juliano obsignatum Aequinoctium in Martii 12, in Gregoriano in Martii 19 fuit, pariter per 8 dies distare ab Aequinoctii die debet currenti in anno initium novi lunaris. Quare 19 Martii distans per 7 dies ab Aequinoctii die 12 fuit Mensis lunaris decima quinta uti ab Epacta determinatur.

Et quoniam ex diebus 13 differentialibus 7 datur excessus annorum 1767 lunarium præ totidem tropicis, quibus factum fuit, ut Martii decima nona per 7 dies distans remotius a 12 in quibus Aequinoctium accidit, ab Epacta currente decima quinta determinaretur Lunæ; defectum annorum 1767 lunarium erit æquale residuo sex dierum, qui remanent ex 13 subtractis 7 excessus astronomia nam 13 – 7 = 67. Defectum vero hunc, quo Neomeniæ cœterique dies lunares citius per dies sex renovatur currenti in anno etiam evincitur ex dictis in Nota (P) sub §. 28. Quare quoniam currenti in anno 1801 Neomeniæ præ anno trigesimo quarto anticiparunt regressum in Kalendario, annisque Julianis per dies sex, pariter el reliqui dies lunarium mensium; Et quoniam in Martii decima nona Lunæ decimam quintam nos numeravimus, huic diei reddendo sex anticipationis dies cum Martii vigesima quinta in Redemptionis anno lunaris mensis decimam quintam numeratam fuisse evidens est.

Insuper Epacta currenti in anno 1801 & 1767 a Redemptione Lunæ decimam quintam dat cum Martii decima nona Juliani Kalendarii, hæc distat per dies 7 ab Aequinoctiali die 12 Differentia est æqualis excessui annorum 1767 lunarium præ totidem tropicis; Est per dies 6 minor, & per dies 6 citius numeratur, quam vigesima quinta. Sed per dies 6 citius currenti in anno lunares dies numerantur. Ergo in anno 34 Lunæ decima quinta occurrit & cum Martii 25, & cum Aequinoctiorum die, quæ est eadem Martii 25 quia defectus, & excessus cum illa rediisse demonstrant.

quae fuerat aequinoctialis dies. Et quamvis haec sufficerent, quia tamen negocii summa in hoc consistit, ex affectionibus ob Gregorianam Reformationem exortis idem evincere opportunum arbitror. Ab hac summam dierum sexdecim differentialium constitui supra vidimus, ubi etiam vidimus ab eis dari binas distantias unam dierum novem apparentem dictam, quia civilem computum afficit, & Kalendarii ordinem respicit, alteram realem dierum septem, quae regressus in utroque Kalendario determinat. Binae in lunari tempore currenti in anno fuere manifestatae. Civilis dierum novem. Gregorianum Kalendarium supponit, Aequinoctium vernum regredi ad Martii vigesimam primam, decimam vero quintam computat ad Martii trigesimam, inter utrasque Ferias intermediant novem aliae. Realis. In hoc Kalendario Plenilunio accidit in Martii vigesimanona in Juliano, in Martii vigesima prima, una ab alia distat per dies septem. (Aa)

CLXXII: Ex differentialibus diebus sexdecim, quod magis calet observandum; ob Gregorianam Reformationem exurgentibus undecim ablati sunt a reformatione Epactae,

(Aa) In Nota (Y) sub §. 388 Defectus annorum 1767 Gregorianorum præ totidem Julianis est dierum 16

In Nota (L) sub §. 151 vidimus ex hoc dierum 16 defectum duplicem constitui dierum Kalendariorum differentiam unam civilem dierum 9 ac alteram dierum 7 realem, & astronomicam. Ut hac in regressu Aequinoctii evenere, sic in lunari tempore manifestatæ sunt. Epacta Juliana XXVI currenti in anno ponit Lunæ decimam quintam in Martii decimam nonam, septima ab Aequinoctiali duodecima ejusdem Mensis, & in hoc Kalendario inter Aequinoctialem diem, & Lunæ decimam quintam realis intercessit distantia dierum septem.

Kalendarium Gregorianum ut alibi diximus supponit Aequinoctialem diem esse vigesimam primam Martii, quæ a trigesima distat per dies novem. Et quia Epacta Gregoriana XV in die Martii trigesima ponit Lunæ decimam quintam in Kalendario dies Aequinoctii per dies novem præcessit Lunæ decimam quintam.

In Kalendario Juliano Plenilunium renovatum fuit in Martii vigesima secunda, in Gregoriano in Martii vigesima nona. Ergo inter astronomicas ejusdem Plenilunii obsignationes distantia intercessit dierum septem, uti fuit differentia dierum utriusque Kalendarii in Aequinoctii regressu.

Epacta XV Gregoriana est diebus undecim mulctata, ex quo fit, ut inter dies civiles lunares utriusque Kalendarii distantia intercedat dierum undecim, uti est inter Martii 19, & 30. Omnes igitur differentiæ currenti in anno sunt verificatæ.

quae in Gregoriano per dies undecim est minor Juliana, ita ut si Juliana est XXVI. Gregoriana est XV; & quando in Juliano Kalendario, ut currenti in anno accidit, Lunae decimaquinta occurrit cum Martii decima nona, in Gregoriano occurrit cum Martii trigesima, emanent dies quinque, qui sunt summa dierum quatuor a Reformatione datorum per remotionem Aequinoctiorum a propria priori sede, & a die superstite, & residuali ex diebus duodecim ablatis Juliano Kalendario, & non aequatis a Reformatione Epactae mulctatae per dies undecim. Quia vero Gregoriana si Reformatio ad Martii vigesimam quintam reposuisset denuo Aequinoctia, si quatuor illi dies in reformatione non irrepsissent; & Lunae decimaquinta post dies sex occurrisset cum Martii trigesima prima, quia ut alibi diximus currenti in anno differentia 1767 annorum Julianorum est dierum sex. Ast quoniam residualis ille dies etiam hanc dierum sex differentiam afficit, Lunae decima quinta per dies quinque debet esse remotior ab ea, in qua incidit anno trigesimo quarto. Currenti vero in anno reformato illa a Gregoriana Epacta numeratur in die Martii trigesima per quinque remotior ab Aequinoctiali die anni trigesimi quarti; Ergo trigesimo in quarto anno Lunae decima quinta cum Aequinoctiali die occurrit, quae ex demonstratis fuerat Martii vigesima quinta. (Bb)

(Bb) In Nota (K) sub §. 148 vidimus, per dies 16 Gregorianos annos 1767 esse minores totidem Julianis, idem observatum in Nota (L) sub §. 151. Ex his 16 diebus in Epacta Gregoriana XV fuerunt ablati undecim tantum, quare supersunt residuales 5 per quos Lunæ decima quinta currenti in anno est remotior a die, in qua numerata fuit anno trigesimo quarto. Ratio est, quia uti alibi vidimus differentia lunaris refertur, portionemque habet cum differentia solarium annorum. Quoniam itaque Gregoriana est solaris dierum 16 & lunaris est dierum 11 residuales quinque, qui in lunari non sunt ablati, efficiunt, ut differentia illa, de qua in Notis (P) sub §. 38 & (Z) sub §. 180 cum Reformationis effectu & ordine sit dierum 5, per quos in Kalendario Gregoriano decima Lunæ quinta remotius numeretur ex die, in qua incidit in anno trigesimo quarto. Currenti vero in anno illam Gregoriana Epacta posita in Martii trigesima, quaro ablatis diebus quinque, per quos nunc remotius numerata in Martii fuit trigesima. in anno trigesimo quarto occucurrisse cum Martii vigesima quinta fit præsens, quia hæc citius per dies quinque numeratur, quam trigesima.

CLXXIII. Coeterum ex Distantiarum affectionibus currenti in anno manifestatis, quaenam fuerit in anno Romano trigesimo quarto Lunae decimaquinta primi mensis lunaris breviori differentiarum aequatione inspicitur. In currenti Gregoriano anno dies desunt sexdecim tam a Reformatione, quam ab Aequinoctiorum remotione confecti. In Lunari civili tempore annorum 1767 excessus adest dierum sex, quibus tropici sunt minores civilibus lunaribus. In totum ergo differentiarum summa est dierum duorum ac viginti. Ex his undecim dempsit correctio in Epacta facta, undecim vero remanserunt, per quos Lunae decima cum Martii trigesima recurrens in currenti anno 1801 ab Aequinoctii die decimanona intervallo dierum undecim datae differentiae residuo aequali distetit. Distantia hæc dierum undecim nullimode residuo illi esset currenti in anno aequalis, nisi progressio annorum 1767 lunarium civilium ab uno eodemque die incoepisset cum annis tropicis, & solaribus civilibus, ex quibus ultimis differentia dierum sexdecim emanavit, quae conjuncta illi, quae est lunaris civilis temporis differentiales dies viginti duo confecerat, a quibus undecim per Epactae correctionem ablatis alii undecim distantiam datam effecerunt. (Cc)

Post annos Julianos 1767 a vigesima quinta ad vigesimam quintam Martii numeratos lunares anni sex diebus minores, sex dies ante renovare debent regressum, Nota (L) sub §. 151. Ex supra dictis Gregoriani anni 1767 sunt majores excessu dierum quinque totidem lunaribus, quia ex 16 correctionis summam constituentibus 11 tantum sunt in lunari deleti per Epactæ correctionem, & quia 6 + 5 = 11 Kalendariorum dies lunares distare debent intervallo dierum 11 ex excessu dierum 5 & 6 confecto. Hæc pariter distantia verificatur, & quia dies Gregoriani sunt minores Julianis in data dierum 11 differentia. In Juliano accidit die 19 in Gregoriano die 30 per dies 11 æque distantibus. Distantia dierum 6 et inter diem Julianam 19 in qua numerabatur currenti in anno, et diem 25, in qua numerabatur in anno 34. Distantia est dierum 5, quibus 1767 reformati sunt minores totidem lunaribus, est inter diem 25, in qua accidit in anno 34 & die 30, in qua accidit currenti in anno Gregoriano Mensis primi Neomenia.

(Cc) In Nota (K) sub §. 148 vidimus Gregorianos annos civiles 1767 esse minores totidem Julianis defectu dierum 16

In Nota (P) sub §. 36, ac (Z) sub §. 138 vidimus 1767 lunares esse minores totidem Julianis defectu dierum 06

CLXXIV. Martii vigesimam quintam trigesimi quarti anni aetatis Christi fuisse mensis Lunaris decimam quintam terque, quaterque probatum; Ex analogia regressionis Aequinoctii verni illius anni, & siti in hebdomadali periodo pariter probatum, illam fuisse, quae in Epocha ab O. C. Feria a Solis origine 1476675 dicebatur, quaeque ob idem aequinoctium finem ponebat astronomico anno 4043. Haec, ut secunda in parte vidimus ob Feriarum sistema, & naturalem extensionem in Asia cessavit in dimidio diei naturalis 1476676. Ergo & Martii vigesima quinta in Asia cessavit in dimidio diei naturalis 1476676. Et quoniam Martii vigesima quinta cessavit in Asia in dimidio trigesimae sextae pariter Fe-

Tota amborum defectuum summa in annis 1767 lunaribus est dierum . . . . 22 quibus anni lunares dati sunt minores tropicis 1767 . . . . . .

Defectus cum Epactæ correctione fuit moderatus in summa dierum 11

Remanent ergo alii residuales 11

quibus anni lunares Gregoriani sunt majores 1767 Julianis lunaribus Per quos dies 11 currenti in anno 1801 citius Lunæ decima quinta numeratur in Kalendario Juliano cum Martii decima nona quam in Gregoriano, in quo occurrit cum Martii trigesima. Vide præcedentem Notam (Bb) sub §. 182.

Et quoniam anni lunares 1767 in comparatione totidem Gregorianorum sunt majores excessu æquali dato residuo dierum 11 ideo in currenti anno dies Aequinoctialis Martii 19 distetit a die Lunæ decimæ quintæ 30 Martii intervallo dierum 11.

Cœterum annum currentem Civilem Gregorianum, esse minorem lunari Gregoriano dierum 11 differentia etiam ex alio capite visitur.

Ex Nota (P) sub §. 38 anni 1767 lunares dies dant . . 1453 91

Ex Nota (K) sub §. 148 anni Gregoriani 1767 dant dies 6453 80

Ex Lunari majori subtracto Gregoriano minori dierum numero exurgit Residuum dierum . . . . 0000 11 quo certiores reddimur, Gregorianum cum tropico Martii decima nona renovatum esse minorem defectu dierum 11 lunari civili, qui fuit in Martii trigesima renovatum, quia tempus majus in ratione excessus tardius renovatur, quam minus. Ast in progressionis initio in eodem fuisse termino, constat.

Ex demonstratis sequitur, hanc datam dierum 11 differentiam non esse æqualem diebus 10 6 02 ex. de qua in Nota (T) sub §. 142, quia in Epacta tantum dies 11 fuerunt diminuti, non vero 12 uti in annis communibus. Singulæ relationes differentiarum currentis anni evincunt, vel trigesimo quarto cum Martii vigesima quinta occurrisse Lunæ decimam quintam.

ria a Solis origine cessavit in dimidio vigesimae sextae. Dies Martii vigesima sexta incoepit cum die 1476676, & cessavit in Asia in dimidio diei 1476677. Martii vigesima septima in Europa incoeperat cum naturali die 1476677, & cessavit in dimidio diei 1476678. In Martii vigesima quinta Aequinoctii regressus accidit in hora homologa, & simillima ei, in qua observatum fuit in Feria a Solis origine 1476675, utraque fuit hebdomadae sexta. In Martii vigesimae septimae extensione sic Plenilunium renovatum fuit, uti acciderat in Feria a Solis origine 1476677, utraque primum in hebdomada habuit locum, utraque in eadem hora, & cum iisdem circumstantiis illius obsignavit renovationem. Quo igitur Martii vigesima quinta, in qua incidit Aequinoctium fuit in Mense civili lunari decima quinta, sic & Feria 1476675 a Solis natu. (Dd)

CLXXV. Quidquid analogiae in Feria a Solis origine 1476675 cum Martii vigesima quinta, & respectivis subsequentibus Feriis observavimus, evincitur etiam respectu Feriae 1476677 a Mundi origine & a principio, quo Deus fecit omnia. In hac incidisse Aequinoctium inclusis dua-

(Dd) Quoniam monente Poeta.

„ Segnius irritant animum demissa per aures „
„ Quam quæ sunt oculo subjecta fideli „

Ideo harum Feriarum, de quibus quaestio est reciprocas affectiones sub oculo ponere operæ præcium puto. Id vero est hic animanvertendum, quod in prima linea datur numerus dierum naturalium, in quorum ultimo Feria incoepit. Altera in linea secundum Romanorum Kalendarium datur Feriæ denominatio. Tertia linea est ut prima, quarta ut secunda. Sit itaque.

Ex Feriis a primo Solis die

In Europa ultima incoepit cum die	1476675	cessavit in	1476676	cessavit in dimidio	1476677
Ann. 34 Martii dies	25	dimidio	26	diei	27
In Asia cessavit in dimidio) diei	1476676		1476677		1476678
) Martii	26		27		28

Ex hoc typo perspicuum est, Feriam Aequinoctialem a Solis origine 1476675 & in Romanorum Epocha Martii 25 in eadem fuisse extensione. Sicque sequentes alias duas mutuo fuisse analogas, & relativas. In Asia Aequinoctialis Feria, quæ a Solis origine 1476675 in Romanorum Epocha appellabatur Martii 25 cessavit dum hora duodecima numerabatur Feriæ 1476676 & in Europa Martii vigesimæ sextæ. Idem observatur in aliis.

bus Solis praecedentibus existentiam, sat jam in secunda parte demonstratum, quia vero ex his, quae nunc tractamus, occasionem accipio confirmandi, quae ibi tractavimus, ut paulisper ab instituto recedam permittatur, & ex dierum numero in fine anni ab O. C. 5810, & a Salvatoris morte 1767 effecto, evincam in Feria a Mundi origine 1476677 Aequinoctium fuisse renovatum. Illud itaque in fine anni 5810 ab O. C. hora tertia in Europa renovatum fuit post mediam noctem Feriae a rerum origine 2122062. §. CXXXVII. cum sua Nota (E). Haec hora ex praemonstratis in Asia erat tertia post meridiem Feriae 2122061, quae ibi extendebatur ad meridiem praecedentis Feriae, quae in Europa dicebatur 2122062, citra quem meridiem illud Aequinoctium renovatum fuit. Ex hoc Feriarum numero 2122061 annis tropicis 5810 aequali auferatur exponens 645384, qui ex Europae Feriarum affectione ad secundam Epocham vulgarem annorum 1767 spectat, ejusque Ferias numerat, & confirmatum erit, primam Mundi Epocham, quae moriente Domino cum anno 4043 cessavit, finem cum Feria a Mundi origine 1476677 habuisse, ut in secunda parte demonstravimus, nec parum elaboravimus, ut veritas haec eliceretur. (Ee)

CLXXVI. His circa tempus solare consideratis, inspectoque Aequinoctio in Feria a Mundi origine 1476677, & a Solis origine 1476675 non recedendum a digressione arbitror, nisi prius per corollarium ex Feriarum nume-

(Ee) In Nota (E) sub §. 138 in annis 5810 Aequinoctium renovatum fuit in die a Solis origine . . . . . . 2122058 a 50
Dies illius existentiam præcedentes fuerunt 3

A primo Creationis die ad ultimum anni 5640 dierum summa . . . . 2122061 a 50
Ex summa in Europa Aequinoctium in fine anni 4043 accidit in die 2122062. In Asia in Feria 2122061

Ex Nota (T) sub §. 36 secundæ Epocæ dies, & Feriæ in Europa sunt 645384

Ergo ex subtractione anno 4043 tum in Europa Aequinoctium in Feria 1476677
Sic in Europa pariter, & in Asia, in qua succedit Feriarium initium.

ro abs annis 5810 lunaribus confecto deducatur Feria, in qua Plenilunium Asiani observarunt renovatum in fine anni 4043. Ex computis supra datis Plenilunium in fine anni ab O. C. 5810 accidisse hora nona diei naturalis a Solis, Lunaeque creatione 2122063 in compertis est; huic Feriarum numero tribus adjectis ante Solis existentiam in Europa confectis Feriarum, dierumque naturalium 2122072 summa exurgit. In Asia vero, ubi dies naturales desinunt in meridiei puncto, & Feriae in dimidio diei subsequentis, quia Plenilunium accidit ante dimidium diei naturalis, renovatum fuisse hora nona post meridiem Feriae 2122077 evidens pariter est. Quare si a Feriarum summa data auferantur Feriae 645392 in annis 1767 in Europae confectae, iterum videbitis, Plenilunium in Asia incidisse in Feria a Mundi origine 1476679. Sed ex demonstrata Feriarum extensione Feria haec duodecim habuit horas communes cum Feria praecedente. Ergo confirmatum, quod in secunda parte probavimus, diem Plenilunii eo in anno fuisse Feriam 1476678; decimam vero quintam mensis civilis occurrisse cum Feria 1476677 a Mundi origine. (Ff)

CLXXVII. Ad nostra tandem redeamus, analogiam perscrutantes inter Feriam a Mundi origine cum suis subsequentibus, & Martii vigesimam quintam. Quoniam itaque Martii vigesima quinta fuit in hebdomada Feria Sexta in anno trigesimo quarto, uti fuit Feria a Mundi

(Ff) Ex Nota (B) sub §. 135 anni 5810 lunares dies dant . . . . 2122068 8 52' 34'' 20'''
Ante Solis Lunæque existentiam præcesserant 3

Ergo in Europa plenilunium accidit in Feriæ . . . . 212207708 52 34'' 20''', quæ hora 8 52 8 in Asia est qua post meridiem Feriæ 2122071
Ex Nota (T) sub §. 36 secunda Epocha numerat Ferias 645392

Ergo secunda O. C. Epocha in Asia incœpit cum Feria . . . . 1476779 in qua hora 9 post meridiem plenilunium renovatum fuit.

natu 1476677, & quoniam Aequinoctii regressus in utraque accidit in eodem temporis momento, Martii vigesima quinta incoepit in Europa cum Feria, dieque naturali 1476677, & cessavit in Asia in dimidio diei 1476678. Martii vigesima sexta incoepit cum die naturali 1476678, & cessavit in dimidio diei 1476679. Martii tandem vigesima septima incoepit cum die naturali 1476679, & cessavit in dimidio diei 1476680. Plenilunium in eodem temporis momento, & cum eadem ad utrumque horizontem relatione in utraque rediit. Quare dicendum, ex regressus homologia unam fuisse Feriam duplici tamen vocatam nomine, ratione diversitatis Epocharum. (Gg)

CLXXVIII. Cum itaque singulae circumstantiae concomitantes regressum Aequinoctii anni trigesimi quarti, & re-

(Gg) Hæc iterum ad oculum redibunt, si fiat

	Ex Feriis a primo creationis die ad finem anni 4043		
In Europa ultima incœpit cum die naturali	1476677 cessavit	1476678 cessavit	1476679 et cum
34 anni Martii die .	25 in dim.	26 in dim.	27
In Asia cessavit cum die	1476678	1476679	1476680 et cum
dimidio diei Martii .	26	27	28

Si P. Calmet in Discrtatione de ultimo Paschate inserta in Tom. V. Thesauri antiquitatum ad hanc Feriarum affectionem, & ordinem animadvertisset ex computis ibi datis, & factis, a peritissimis in Astronomia Bovillaud, & Toynard cum la Fleure, ac de Mildeburg, non ostendisset, plenilunii diem incidisse in Sabbato, & in eodem Sabbato Mensis civilis decimam quintam, nec citra probabilitatem non dixisset Salvatoris mortem incidisse ante sollemnitatis diem, & in quarta decima Lunæ, ante quam cum Legali cœna ad vesperam incœpisset Sollemnitas; Sed nobiscum, quibus ex Evangelistis omnibus notum est, Salvatoris mortem incidisse in Sabbati Parasceve, & ex computis compertum Sabbati Parasceve fuisse Lunæ decimam quintam, quia co in anno in civili computo hæc coiverat cum Aequinoctiorum die Martii vigesima quinta, dixisset decimam Lunæ quintam, quæ apud Judæos erat Mensis Nisan decima quinta occucurrisse cum Martii vigesima quinta; quia hæc in Asia cessabat, quando in Europa incipiebat hora decima tertia Sabbati in anno ætatis Christi trigesimo quarto, qui per ipsum fuit trigesimus tertius Aepocæ vulgaris. Equidem concesso, quod datis computis probavimus plenilunii horas 24 regressum præcedentes uumerari incœplsse in Sabbato Martii 26, & per suos etiam Astronomos asseratur hanc Feriam fuisse plenilunii diem, concedendum pariter est Lunæ decimam quintam numerari potuisse in præcedente Feria sexta Martii 25, quia hæc ob suam naturalem extensionem immergebatur per horas 12, in Sabbato. Potuisset? Factum, quia sic exigebat civilis systema, uti fusissime fuit probatum.

novati in Martii vigesima quinta sint homologae, & similes circumstantiis inspectis in Aequinoctiali Feria 1476677 a Mundi origine, & anni 4043 ultima per quas una eademque est Feria; cumque Feria Martii vigesima septima ob similitudinem, & homologiam circumstantiarum Lunae phasim undique lucidam concomitantium sit eadem, ac quae in Epocha ab O. C. dicebatur Feria 1476679, quoniam in Epocha Romana Martii vigesima quinta fuit Mensis Lunaris decima quinta, sic pariter in Epocha a Mundi origine Feria 1476677 fuit Mensis Lunaris decima quinta. Nec dicendum in alia relatione fuisse Lunae decimam quintam in Romanorum Epocha, quam in priori, quae dicebatur a Mundi constitutione. Nam in prima parte innotuit, Romanos computandi Lunares civiles annos systema & normam accepisse a Graecis, hosque ab Haebreis, & tribus hisce nationibus civiles annos Lunares fuisse communes. Quare quoniam ex currentis anni 1801 Lunaribus relationibus singulis nobis innotuit, Feriam sextam Martii vigesimam quintam, in qua anno trigesimo quarto Aequinoctium incidit, fuisse Mensis Lunaris decimam quintam, sic pariter in Feria a Mundi origine 1476677 in hebdomada sexta incidisse eamdem Mensis Lunaris decimam quintam, est concludendum. (Hh)

(Hh) Si quis me panni cujusquo extensionem in Statera appensi investigantem videret, merito increparet, meritoque diceret: Stulte quid agis? Nescis ne' per Steteram tantum pondera comparari corporum non longitudines? non altitudines? Pari mihi jure appellare licebit, quos latet, vel se latere insimulant unam esse temporis mensuram, nec aliam dari posse, præter motum præsertim Solis, per quem temporis quæque duratio distribuitur iu dies, menses, & annos.

Quare qui ex petrarnm, vel ex montium stratis, uti dies nostri quam longe distent a rerum creationis initio inveniant incognita per incognita, recta reluctante ratione, sumunt demonstranda. Demonstrata jactant, quæ adhuc in quæstione sunt, & quatermillenis scadent falsis suppositis. Levissimorum illi seductores hominum fallacibus adhibitis fucis excessivum deducunt annorum numerum mundo ultra verum attribuentes. Oleum & operam perdunt. Ad pessimum consequendum finem, pessimis utuntur mediis. Propter istorum fabellas, fallacesque adinventiones Moses historia non ibit inficias.

Sacram ejus Chronologiam perenniter homologam, immo æqualem reali temporis extensioni supra vidimus, ubi inspeximus annos a septuaginta septem generationibus ab Adam ad Christum numeratos reali tempo-

CXXIX. Omnibus numeris, omnique rationum evidentia evinceram, Aequinoctialem Feriam in hebdomada sextam a Mundi origine 1476677, & ab O. C. 4043 ultimam in Romanorum Epocha fuisse Martii vigesimam quintam anni trigesimi quarti aetatis Christi, quia ex singulis temporis affectionibus, distantiis, & differentiis in fine anni 1801 ab Incarnatione manifestatis instituti calculi demonstrarunt, binas illas Ferias ob binas Epochas nomine distinctas unam, eamdemque veriori in sensu fuisse, quoniam Martii vigesima quinta eo in anno singulas habuit affectiones & temporis circumstantias, uti fuere in Feria 1476677. Ea propter utcumque appelletur Feria illa, vel Martii vigesima quinta, vel a Mundi origine 1476677 semper stat, cum ea occurrisse Mensis lunaris decimam quintam, & Judaeorum Nisan Mensis primi diem Sollemnem Azimorum, quamvis Plenilunii astronomica, & realis renovatio post biduum acciderit. Et in hoc etiam mirabile Sacramentum. In temporis extensioni fuisse æquales, quia Passionis diei characteristicæ proprietates in ultima Feria anni 4043 realis temporis occurrentes invenimus. Idem vidimus, ubi analogiam, & relationem observavimus anni ab Incarnatione 1801, cum anno 5810 ab O. C. Temporis nunc intervallum ab anno 1801 in qua hanc elucubravi disertationem ad 1827, in quo publici fit juris occasionem præbet demonstrandi in fine nostri hujus ab Incarnatione anni inter plenilunii, & Aequinoctii vernales renovationes tot dierum distantiam intercessisse, quot necessario dantur inter Astronomicas renovationes.

Annus 1801, quoniam ex demonstratis anno ab O. C. 5810 relativus fuit annus ab Incarnatione 1827 in præterita vernali tempestate completus anno ab O. C. 5836 relativus sit oportet, quia 5836 est ad 1827, ut 5810, est ad 1801.

In annis lunaribus 5836 numerantur dies . . 2131577 hor. 5 17 29 22		
Tropicorum 5836 dies sunt 2131574 104		
Aequinoctium ergo renovatum fuit die . . 2131555		
Dies Lunares		2131577
Dies Solares		2131555
Differentia		0000022

Anno 1827 Vernum plenilunium Aprilis die 12 + 31 = 43
Vernum Aequinoctium Martii die 21   21

Idem intervallum, eademque homologa differentia quoto 22 demonstrat annum ab Incarnatione 1827 fuisse vocandum 5836 a Mundi constitutione. Quare &c.

poris initio, in quo Deus cuncta disposuit eadem intercessit inter principium, in quo fecit Coelum, & Terram, & diem, in qua Luminaria facta sunt, distantia, quae fuit in Redemptionis anno inter Aequinoctialem diem Mensis Nisan decimam quintam, & Plenilunii realem renovationem, Sol & Luna eo in tempore, ita steterunt in primo habitaculo suo, ut laudem dantes ei, qui omnia fecit, nosque redimebat, in Redemptionis tempore creationis tempora repraesentarent.

CLXXX. Luminare majus, quod praeest diei in suae creationis locum pulla veste indutum, & luce orbatum hora sexta rediit, quando Salvator cruci sufficiebatur. Sidera ut majora suam ascendente Sole coelant lucem, sic Solfons luminis in cruce exaltato Justitiae Sole, sibi, Orbique ad sua incunabula regressus fecit obscurum, tenebras renovans quae erant super faciem abissi, quum terra erat inanis & vacua. Luminare minus, quod nocti praeest, illi undique fulgens Luce dedit lumen, in qua ad inferos descensus a mortis tenebris tertia liberatus die resurrexit in prima Sabbati Salvator Dominus, ut feriam tertiam, diemque naturalem quartum in suae appulsum creationis locum, in quo ambo Luminaria facta sunt, renovaret. Ambo steterunt in loco habitationis primaevae, ut unum tenebris morti serviret, & alterum Resurrectioni ejus per quem ambo steterunt. (Ii)

(1) *Matth. c. 27. v. 45.*

(Ii) In Creationis tempore inter diem, in quo Deus creavit omnia, & ex nihilo cuncta prodierunt, & Solis Lunaeque existentiam, quae in principio diei quarti moveri coeperunt distantia naturalium trium dierum intercessit, nam primus fuit ad creationis quartum uti est 1. ad 4. eadem in proportione & distantia 1. ad 4. fuit dies 1476677, in quo incidit Aequinoctium, & dies 1476680, in quo incidit Plenilunium. Sol, & Luna in dimidio Feriae prioris hebdomadae tertiae fuere creata, prima per unam intermediam a tertia erat separata. In Redemptionis tempore Aequinoctium in Feria a Mundi origine 1476677 fuit renovatum. Plenilunium in Feria 1476680, vel dicite in Martii 25, & 27 hae feriae 1476677 vel analoga 25, & 1476680 vel 27 pariter per intermediam unam dissitae fuerunt. In creationis tempore primum Aequinoctium factum fuit in Feria tertia a prima una cum primo Plenilunio. In Redemptionis tempore Plenilunium factum fuit in Feria tertia ab Aequinoctii die. Sic igitur fuere dissitae Aequinoctii, & Plenilunii renovationes in Reparationis anno, uti fuerunt primus, & quartus dies, prima, & tertia Feria in

CLXXXI. Solem stetisse in habitaculo suo moriente Domino elucidandum superest. Hora itaque sexta tenebras factas fuisse supra universam terram usque ad horam nonam, in hac vero Jesum expirasse Evangelistae testantur. (2) horam vero prius ab excubiis, inde ab oratione sextam (3) appellatam, fuisse in Feria tertiam ante meridiem, orationis vero Nonam fuisse a media nocte duodecimam, & meridiei horam Ecclesiae praxis tenet, quae semper voluit, ut illa in matutinis officiis sit ultima. Quamvis autem multi arbitrentur potius, orationis Sextam apud haebreos fuisse meridiei horam, orationis vero Nonam fuisse tertiam a meridie. Primam opinionem sequi malo, quia ex demonstratis in secunda parte a meridie vespere incipiebat, orationis vero Nonam ad Mane spectasse notissimum est. Insuper si ab hora sexta ad nonam tenebrae factae sunt, & tunc incoeperant, ubi Sol in Aequinoctiorum sedem in Arietis signo positam redibat, in hora tertia ante meridiem Asianorum, & vigesimam primam diei naturalis factæ sunt, & hora Nona cessarunt. Et in hora Nona si expiravit ille, qui positus erat in Ruinam, & in Resurrectionem multorum (4) tunc expiravit, quando in Asia in dimidio Feriae 1476677 cessabat dies naturalis 1476677. (Kk)

CLXXXII. Tertia die in una Sabbati valde diluculo resur-

(2) *Matth. c. 27. v. 45.*
(3) *Act. Ap. c. 3. v. 1.*
(4) *Luc. c. 2. v. 34.*

creationis prima hebdomada. In prima Feria erant tenebrae super faciem abyssi in tertia Feria, & in principio quarti diei Luminaria magna illas dissiparunt. In Feria 1476677 & Martii 25 Sol se obscuravit, & Redemptor verus Justitiae Sol descendit ad inferos; In Feria ab hac tertia a Mundi origine 1476679, Romanis Martii 27 Luna undique apparuit lucida, redivivus Jesus gloriosum assumens imperium resurrexit a mortuis. Oh vere igitur tempora Redemptionis raepresentativa dierum creationis!

(Kk) Vidimus in Nota (T) sub §. 174 Aequinoctium in Asia accidisse hora 8. 40 post mediam noctem Feriæ 1476677, & Martii 25. hora haec octava, cum dimidio, sive potius nona a media nocte Asianorum est tertia ante meridiem, qui constituitur ab hora duodecima a media nocte. In horologio Italico, quod ea in tempestate meridiem signat in hora 17. 15. est hora 13. 55. quia 17. 15. – 3. 20' horis, & momentis deficientibus horis 24 diei naturalis, in cujus hora 20 40 Aequinoctium accidit, est aequalis horae 13. 55.

rexit Christus mortis triumphans, & perversi hostis victor (5). In una Sabbati Asianorum die Martii vigesima septima hora septima post meridiem, quae est decima nona a noctis dimidio in sua Luna primæva sede jubare tota micans, ut suo resurrecto plauderet Creatori apparuit, noctisque tenebras dissipavit. Vere itaque Sol, & Luna natalitia in sede sederunt sua, ut Luminare utrumque suo serviret Creatori, unum morienti parentans tenebris, alterum resurgenti plaudens luce. (Ll)

CLXXXIII. Nonne ergo fuit ineffabilis divinae providentiae Sacramentum, ut in Martii vigesima quinta a Mundi origine 1476677 occurreret Sabbati Parasceve, & Nisar decimaquinta cum Aequinoctii renovatione, quamvis in Martii vigesima septima a Mundi origine 1476679, & prima Sabbati, Solisque die Plenilunium renovatum fuit, ut inde in spatio dierum naturalium quatuor, & Feriarum trium in Redemptionis tempore tempora renovarentur Creationis? Nonne Martii illius anni vigesima quinta fuit in qua sanctior Azimorum Sollemnitas? Nonne illa fuit ultima aetatis Christi, & anni tropici a Mundi origine quatermillesimi quadragesimi tertii, & Lu-

(5) *Matth. c. 28. v. 1.*

(Ll) Plenilunium in Asia anno 34 aetatis Christi ex Nota V. sub §. 177 in Reparationis tempore accidit hora 6. 25' 45" 02"' diei naturalis 1476680 hora haec ex demonstratis est 6 25' 45" 02"' post meridiem Feriae a Mundi origine 1476679 & Martii 27 Asianorum, & 24 horologii italici. Spectabat igitur ad noctem subsequentis Dominicae. In noctis hujus crepusculo matutino Christus resurrexit ab umbra mortis, in crepusculo vespertino Luna jucundior & plena lumine exoriebatur. Solis tenebræ praecesserunt mortem, Lunae jubar comitavit Resurrectionem.

Ex computis datis, & ex computandi methodo a nobis adhibita multa, quasi per corollaria deduci possunt, praesertim ex puncto, quo sub Romae meridiano invenimus Plenilunium renovatum hora 08 45' 16" 17"' diei 29 Martii 1801, vel ex Novilunio diei 11 Februarii 1804, de quibus in Nota (D) sub §. 136. possunt sequentium annorum in infinitum construi singularum phasuum Tabulae. Nam si successive datae Plenilunii horae addatur mensis Synodici quantitas dierum 29 12 44' 03" 11"' sequentis Novilunii, vel Plenilunii habebitur regressus. Si vero quarta hujus mensis pars addatur dierum 7. 09 11' 07" 45"' sequentis phasis, seu quatrantis Exponens invenietur. Sic in infinitum procedendo exactissimae Tabulae erunt confectae; haec vero erit attentio habenda, ut Bisextilium habeatur suo tempore ratio.

naris ejusdem anni pariter novissima, quia Mensis Nisan decimaquinta? Equidem; Nam prima in parte rudimenta dedimus primis lineis obumbrantia sufficientem demonstrationem ad concludendum, Martii vigesimam quintam fuisse in qua Salvatoris morte fuit homo reparatus, Lunaris currentis anni millesimi octingentesimi primi affectiones nobis videndum illa dederunt. Secunda in parte ex creationis Epocha id fuit coactum, quod in Feria 1476677 a Mundi origine, & illius anni finali moriendo Salvator mortem vicerit. Hac in ultima tandem ex utroque extremo progrediendo, quomodo armonicae anni ab O. C. 4043 & trigesimi quarti aetatis Christi affectiones cohaerebant, & quomodo, se mutuo referrent, vidimus. (Mm)

CLXXXIV. Nihil itaque quicquam mihi restat, nisi gratias illi agere luminum Patri, qui pro sua miseratione di-

(Mm) Sed quæ tanta industria, quis dicet, in nullius momenti quaestione solvenda? Quid refert fuisse tandem compertam diem, & horam, in qua Deus-Homo emisit spiritum? Jesum incarnatum mortuum & resurrectum pro nostra salute viro christiano rescivisse sufficiebat. Ast quid sit scire, vereor, nesciat, qui talia fatur. Nescit inter Eruditos tanto in negocio contentiones. Quæ ergo ignorat, blasphemat, & ad illam hominum spectat classem, de quibus Terrentius.

Homine imperito nunquam quicquam injustius.
Qui nisi, quod ipse facit, nihil rectum putat.

Observat quisque potius, quomodo sine ambiguitate, sine fallacibus æquivocationibus omnia clare, & nitide illustrata fuere, & digesta prodierunt. Quomodo una ab alia veritas derivata. Quomodo sine contradictione quæ discussa fuerunt, cohærentia homologaque in comparationibus inventa fuerunt. Observet quomodo temporo ex singulis extremis dimetita simplicissima methodo, aptisque normis comperimus ita congruentia in data Redemptionis Feria, ut extremum unius fuerit initium alterius Epocae. Ex temporum affectione & armonia currenti in anno resonanto firma evasit nostra temporum ratio.

Si quis me novit, veterem, novamque meam novit patriam propter hæc ocia non me criminabitur, sed arguet, me Epochas vindicando memet vindicasse adversus eos cujusvo veritatis hostes, quorum ratio, cœca, effræuisque voluntas est, & quorum ignorantia socordes depopulata animos, crocitare impellit, persuadens illis, se esse canoras luscinias, modulatosque atiigenes. Crocitent, & hunc in vitium laborem vertant, qui alios supplantare in solatium habent, quia ex aliorum ruderibus ne ruant sibi maceriam construunt in tempore, qua opprimentur in æterno œvo.

Unius homini nihil est quam recte loqui
Probanda cunctis est quidem sententia
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.

Phoedr. Fab. XII. Lib. 4.

gnatus est homunculo mihi difficillimae hujus enucleationem quaestionis reservare, vimque dedit tempora in discrimine ponendi, ut veras inveniremus Epochas. Utinam mihi spiritum, consuetudinemque servet deceptiones fugiendi, sycophantas abominandi, veritatemque sectandi, ut tandem possim in coelo frui, qui via, vita, & veritas est, & ut dum in terris dego semper pugnam contra deceptores, & numquam in errores incidam, & a gratia recedam illius, qui sanguine suo in Martii vigesimaquinta nos redemit, uti in his in quibus omnia energice demonstrare conati sumus, etsi non omnia energice prolata prodierint, satis evicisse putamus. Ego enim quantum mei exiguitas ingenii, & animi impecillitas quivit accurate omnia expendi, rationesque omnes ad Theses singulas probandas severiori iterum, vel tertio examini subjeci, tempora computis discussi, quare verum annorum numerum invenisse mihi videor. Ac vis ne est rerum tractatarum expositio? *Melius exponant meliores*, cum D.Augustini verbis exoro (6). Nam obstupefactus propter electionem a Divina Providentia factam Feriae a Mundi origine 1476677 Martii vigesimae quintae, quam eviceram fuisse Reparationis diem, quamque tantis ornatam fulgoribus inveni, ornate dicendi facultatem non inveni. Cum itaque Theses singulae sint demonstratae, recteque conclusum, illa in Feria cum annorum, & temporum renovationibus fuisse naturam reparatam humanam, nec singulas hujus diei laudes recitare possim, contentus eas innuisse, quae congruentiae vim addebant nostris argumentis, cum ignoto mihi Auctore ad Sacramenta, quae diversis in annis, in ea sunt patrata animum intendente pro hujus elucubrationis coronide cano.

„ Salve Festa dies quæ vulnera nostra coherces,
„ Angelus est missus, & passus in cruce Christus.
„ Est Adam factus, & eodem tempore lapsus,
„ Ob metum decimae cadit Abel ab Ense
„ Est decollatus Christi Baptista beatus
„ Est Petrus electus, Jacob sub Erode peremptus
„ Latro per Christum tam dulce suscipit. Amen (7).

(6) *D. Aug. De Civ. Dei c. fin.* (7) *Duranti in Parasceve.*

POSTULATUM.

Quoniam nemo de alterius facto tenetur, quae correctorum obscitantia irrepserant errata verba, ad Authographi sensum reducito benigne Lector.

NIHIL OBSTAT
J. A. Guattani Censor Philolog.

Die 11. Octobris 1825.
Ex Ædibus S. Augustini de Urbe – NIHIL OBSTAT ex parte Theologiæ.
F. Thomas Antolini Proc. Gen. Cens. Theol.

IMPRIMATUR
Fr. Thomas Dom. Piazza S. P. A. Pro-Mag.

IMPRIMATUR
J. Della Porta Patr. Constantinop. Vicesg.

